Hic ubi uir non eſt ut ſit adulterium.

Ad Lælium.

Cum tua non edas carpis mea carmina læli.
Carpere uel noli noſtra: uel ede tua.

Ad Mamurianum.

Sæpe mihi queritur non ſiccis ceſtos ocellis
Tangi ſe digito mamuriane tuo
Non opus eſt digito: totum tibi ceſton habeto:
Si deeſt nil aliud mamuriane tibi.
Sed ſi nec focus eſt. nudi nec ſponda grabati:
Nec currus chiones: antiopes ue calix.
Cærea ſi pendet limbis & trita lacerna:
Dimidiaſq; nates gallica palla tegit:
Paſſeris & nigre ſolo nidore culinæ:
Et bibis immundã cum cane pronus aquã:
Non culũ: neq; enim eſt culus qui nõ cacat olim:
Sed fodiam digito: qui ſupereſt oculum.
Nec me zelotipum: nec dixeris eſſe malignum
Deniq; pudica mamuriane ſatur.

De Aquino & Fabricio.

Fabricio iunctus ſido requieſcit aquinus.
Q ui prior æthyſias gaudet adiſſe domos:
Ara duplex primi teſtatur munera pili.

Faciles: nõ prementes grauiter tumulum & tertã. Accipe hæc loca & pignora noſtri doloris. Viuet perpetuo: quia non finientur hæc: ut obeliſcus. Peruenerit: deeſt cum expleuerit fatalem curſum.

Garris. in cinnam cui dettahẽdi morb⁹ adeo inſederat: ut ne Cæſarem: quõd apte poſſet: laudaret: id aũt clam agebat & i aurem alterius nõ modo maledicẽtia: ſed omne uerbo⁹ genus ad monebat. Turba teſte. i. pſentibus aliis: Mor⁹ bus: garriendi. Sedit: fixus eſt.

Quod nunq; in Baſſam tribadem. Tribades dicebant mulieres quæ alias fricabãt: de his plura infra decemus. Iuue. illarum libidinẽ accuſat Fricũ criſſantis adorat. Turba tui ſexus. i. mulieres. Obibat: omne officium perficiebat. Fututor: erat tribas. Prodigioſa: portẽtoſa libido. Tribades

Comenta. i. feciſti dignũ mõſtrum. Enigmate thebano. i. par monſtrum thebano enigmati. Enigma thebanum: ꝓpoſuit Spynx Oedipo: quo eſſet qui prius quattuor pedibus mox duobus poſtremo tribus reſpondit Oedipus eẽ hoiem auctor eſt duobus: ut dicatur adulteriũ ubi non eſt uir: hoc eſt mirandum. Sæpe mihi in Marmurium pauperem captum amore Ceſti puerl Martia. Grabatum: lectum uiliſſimũ. Curtus: mutilatus & fractus. Chione & antiope: meretrices: quæ calices ſunt ſemper immundi. Cærea: flaua colore amiſſo. Gallica palla nõ tamen galliones utebant breuibus ueſtibus ut Strabo Enigma

Non culum fodiam: qm adeo pauper ut cũ nõ edas: culus nõ faciat officium ſuum. Satur: prius exple ſtomachum & poſtea pedita. q. d. magis tibi neceſſe eſt reperire cibumq; puer. Eodẽ uerbo & ſenſu uſus eſt Catullus in paſſere: Aureli pater eſuritionum &c.

Fabritio iunctus: Epit: aphium Aquini & Fabriciiſquo⁹ uterq; primipilaris fuerat: & quod raro ſolet accidere collegis: amarũt iter ſe. Qui: Fabritius: ne lugeret amicum mortuũ: gaudet ſe priorem mortuum eſſe. Teſtat munera primipili: quia uterq; fuit primipilatis.

Cantaſtiin Aeglen fellatricem:quã ſupra anum eẽ indicauit.Sic dentata ſibi uidet ægle:ſimul hoc oſtẽditolim cum iuuenis eẽ:male cãbat nam coitus rauceſebat:nũc bene cantat:qđ indicat eam fallere:&abſtinere coitu;ppterea os fetere:ait poeta:baſiãda nõ es:alibi quoq; fellacem eſſe oſtendit.

Quod clamas:hoc põt uideri dictũ in Helium cauſidicũ:q magna uoce in foro cauſas agebat:ut pterriti aduerſarii eius acrimonia data pecunia eum corrumperẽt:ut coactꝰ de Demoſthene legitur:qui corruptus pecunia cũm quã prius agebat in ſequẽti die deſeruit iuoluto collo faſcia dicens ſe ſinãche laborare:& ita Demoſthenes acceperat:ut taceret.

Scazon

Si non eſt:Scazon genus carminis eſt qđiam bis cõſtat:ſed in penul.pede habet trocheũ:tibi q̃ pteris leges iambici carminis claudicare dicit uerbo græco Σκαζω ſignificat claudico memi nit Auſonius epigrãmate: Claudoſq; ſcazones & Plynius ad tranquillum:Caueas ne eos ipſoſ ſcazones in uenias alloquit carmen ſuũ poeta.

Plus tamen eſt titulo quod breuiore legis:
Functus uter q; ſacro laudatæ fœdere uitæ.
Famaq; quod raros nouit amicus erat.

Ad æglen fellatricem.

Cantaſti male:dum fututa es ægle.
Iam cantas bene:baſianda non es:

Ad Hæliumcauſidicum.

Quod clamas ſemp:q agẽtibus obſtrebis hæli:
Non facis hoc gratis:accipis ut taceas.

Scazon ad maternũ de Pemligo.

Maternus

Maternus:uir doctiſſimus:cuius meminit Plynius in epiſtolis:& Cornelius in dialogo de incẽdo ſocratico loquit de quo ſupra:Aſpicis incõptis. Bæticatus.i.habens pannũ nõ tinctum aheno.i.fuſcoloris:nam ad betim flu. hiſpaniæ oues habẽt lanã ſubruruli coloris:ex qua ueſtes cõfectæ nullo alio colore tingebant Martii.in di ſtichis ubi lacernæ bæticæ loquunt:nõ eſt lana mihi mendax nec mutor aheno.Sityriæ placeret me mea tinxit ouis. Leucophæatus:páni leuco phi dicebant alibi nullo medicamento coloris adhibito:ſed a lana ipſa albeſcentes:Ply.cum de rubeta loquitur:iecur eius alligatur in pãno leu cophæo.

Leucophæatꝰ

Sin non moleſtum eſt:teq; nõ piget ſcazon.
Noſtro rogamus pauca uerba matерno
Dicas in aurem:ſic ut audiat ſolus.
Amator ille triſtium lacernarum
Et bæticatus atq; leucophæatus:
Q ui coccinatos non putat uir os eſſe
Amethiſtinaſq; mulierum uocat ueſtes
Natiua laudet:habeat & licet ſemper
Fuſcos colores:galbanos habet mores
Rogabit:unde ſuſpicer nirum mollem.
Vna lauamur:aſpicit nihil ſurſum
Sed ſpectat oculis deuorantibus draucos:
Nec ocioſis mentulas uidet labris.
Q ueris quis hic ſit:excidit mihi nomen.

Ad Næuolum cauſidicum.

Leucophæus

Cum clamant oẽs loqueris tu Næuole ſemper:
Et te patronum:cauſidicum q̃ putas.
Hac ratione poteſt nemo non eſſe diſertus.
Ecce tacent omnes:næuole dic aliquid.

Ad Flaccum.

Litigat & podagra Diodorus flacce laborat:
Sed nil patrono porrigit:hæc chiragra eſt.

In Calenum auarum.

Non plenum modo uicies habebas.

Coccinatus amethiſtinus Galbanum

DO. Coccinatos.i.gerẽtes ueſtes tinctas cocco. Amethiſtinas.i.ueſtes amethiſtini coloris .Amethiſtinus color a colore lapidis ſũptus ẽ.Erat aũt lanis purpuræ ebrietate.ppaſſis:fiebat ẽt tyri amethiſtus. Natiua.i.pános natiui coloris. Fuſcos:ſordidos. Galbanos:fœ.gẽ.dicunt apud grecos.Nos neutro ,ptulimus ,p ueſte &qđẽ ſpecioſa:Iuue.Et galbana rafa. Galbanũ itẽ frutex ẽ apd Ply.ſed hic de ueſte ẽ meraphora:nãq; ait poeta q̃uis corp̃ legat ueſtibus natiui coloris:tñ hẽt mores cocciatos amethiſtios & galbinos.i.luxuriosos Spectat:aſpicit. Clã:freq̃nter. Draucos:mẽtulatos:quos ſibi optat ad opus:cætera duo epigrãmata ſunt

Non plenũ:in Calenũ q̃ cũ prius paup eẽt liberalis:nũc adeptus cẽties milia factus erat aua (clarus:tantæ auaritiæ imprecatur Martialis:ut milies milia habeat:quoniam ſi id contigerit præ auaritia ab-

ftinebit cibo. Septimas calendas:ideſt ſeptem meſes. Mortes:mortuorum hæreditates. Nigræ mone tæ:nigra moneta dicebat' ex ære:ut fulua ex auro:neq; probáda ſententia illorum qui putarũt. Flauios. ideſt Veſpaſianũ & liberos ſignaſſe monetam fuluam:nam lõge ante eorum tẽpora.P. Decius tribunus militum donatus obſidionali corona mactauit taurum.& dedit cẽtum fuluos. Semel i anno:natali ſuo. Mõeta nigra Mõeta fulua

Selibra plumbea:reperit quod dixit monetam nigram cum tamen nulla ex blumbo fuerit peuſſa: dixit plumbeũ ut deprimeret. Selibra:genus numeri:ideſt ut libra ſeruatis hic nominibus ſignificato pecuniæ quoniam prius argentum & aurum appendebatur. Vnde libripẽdes dicebantur qui pendebantur: Varro docet. Selibra Libripenes

Sed tam prodigus atq; liberalis:
Et tam lautus eras calene:ut omnes
Optarent tibi centies amici
Audit uota deus:præceſq; noſtras:
Atq; intro puto ſeptimas calendas
Mortes hoc tibi quattuor dederunt:
At tu ſic quaſi non foret relictum
Sed raptum tibi centies:abiſti
In tantam miſer eſuritionem:
Vt conuiuia ſumptuoſiora
Totoq; ſemel apparas in anno:
Nigræ ſordibus explices monetæ
Et ſeptem ueteres tui ſodales
Conſtemus tibi plumbea ſelibra.
Q uid dignum meritis precemur iſtis?
Optemus tibi milies calene.
Hoc ſi contigerit fame peribis.

De Afra uetula.

Mammas atq; tathas habẽt afra:ſed ipſa tatharũ
Dici & mãmarum maxima mamma pot:

De Afro demetrio.

Illa manus quondam ſtudiorum fida meorum:
Et fœlix domino notaq; cæſaribus
Deſtituit primos uirides demetrius annos.
Q uarta tribus luſtris addita meſſis erat:
Ne tamẽ ad ſtygias famulus deſcenderet umbras
Vreret implicitum cum ſcelerata lues:
Cauimus:& domini ius oẽ remiſimus ægro.
Munere dignus erat conualuiſſe meo:
Senſit deficiens ſua præmia:meq; patronum
Dixit ad infernas libẽt iturus aquas.

Ad Licorim.

Q ui pinxit uenerem tuam licori:
Blanditus puto pictor eſt mineruæ.

Ad Scæuolam.

Si dederint ſuperi decies mihi milia centum
Dicebas nondum ſcæuola factus eques.
Q ualiter o uiuam q̃ large:q̃q; beate:
Riſerunt faciles: & tribuere dei.
Sordidior multo poſt toga:penula peior:
Calceus eſt ſarta terq; quaterq; cute.

Mammas:hoc dictũ eſt in Afram:quæ puellæ uerbis utebat'.& mãmam matrem:tatham patrem appellaret:cum ipſa eẽt anus. Perſius At iratus mammæ lalare recuſas. Maxima mãmarũ:abauia & omnino anus. Cato de liberis educãdis:cum cibum ac potionem duas ac papas docent & matrem mammã patrem:tathã.

Illa manus:Demetrium cui epigrãmata ſua dictabat:deflet amiſſum:ait tamen ſe profectum eſſe morientem:quo potuit munere: hoc eum libertate:nam ex ſeruitute ipſum manumiſit. Illa manus:Demetrii. Fida meorũ ſtudiorum:quia excipiebat carmia. Nota cæſaris Tito & Domiciano:quibus epigrammata mittebãtur placet enim aliquid ſcriptum fuiſſe ad Titum:quamuis nihil ſopere legamus præter Nauciſſum. Deſtituit uirides ãno ideſt iuueniles. Multi Demetrii fuerunt Nepos Antiochi Demetrius Calcedonius:orator alius bizantinus philoſophus. Tertius ſtatuarius. Quart' aſpondius: Apollinis diſcipulus. Quitus Calatianus ſcriptor. Sextus Byzantinus. item Septimus ſophiſta. Octauus Tramiten' appellatus Ixion. Nonus Cirꝛneus. Decimus Septimus &multi ꝑterea inter quos pœta quidam iambicus: hic ueto nomen ſerui. Maſſis quarta: ideſt quartus annus:ideſt natus erat.xix. annorum Cauimus:prouidimus. Famulis:ſeruis quia manumiſſimus. Cũlues:morbus. ſus domini remiſſimus.i. donauimus libertatẽ. Munere meo:libertatis ſuæ ꝓmia libertatẽ. Me patronum:nam ſeruis manumiſſis autore Dionyſio dominos a quibus fuerant manumiſſi: patronos uoce romana appellabãt. Iturus liber.i. donatus libertate. Demetrii multi

Qui pinxit:Venus iudicio Paridis ſupauit Mineruam & iunonẽ pulchritudine:nunc Venus fuit male pictaita poeta pictorem uoluiſſe blandiri Mineruæ:ne ſcilicet pulchrior uidere tur. Blanditus eſt mineruæ:quia depinxit de formem Venerem geſſit morem Mineruæ: cũ qua olim contendit de forma.

Si dederint ſuperi: ſcæuole auaritiam accuſat qui cum olim nondum haberet quadringẽ ta ſeſtertia:optans diuitias a diis: pollicebatur ſe fore liberalem modo decies centena haberet:nunc eas opes affectus uiuebat auare & tenuiter. Nondum iuſtus eques.i. cum nondum haberes legitimum cẽſum equeſtrem.i. quadringenta ſeſtertia. Faciles:exauditis præcibus. Poſt hæc ideſt poſt paratas diuitias.

Penula ueſtis contra imbres.

De decem oliuis: sex seruãtur. Duas cœnas: ideſt & eadem mẽſa. & ueſceris & reliquias ſeruas in alteram & ſequentem menſam.

Veientani rubelli: aut hic depraua tum ẽ no mẽ: ut apud Pli. hoc enim genus uini rubelli non a ueientanis & nomentanis mitti ſcribit: ubi uuæ ſunt rubentes: quas ut ipſe auctor eſt nõnulli dixerũt rubellas: quæ nimiã fecem habent. pterea ait Martialis: fex craſſa: depraua tus eſt Plynii codex: ueienti naſcebatur. Horatius: Veientanũq; rubellum. Idem Perſius. Cicer tepidum & madidum. Inficiator fallax. i. q decepiſti deos & qui depoſitum negas: nam inficiator eſt: qui negat depoſitum. Viue ſplẽdide & delicate ſupra: hoc fortuna placet poſthumus impoſuit.

Inficiator

Picto: notus luſus leporum & leonũ. Picto collo: nam picti ſunt pardi maculis. Indulgẽt patientiam: ideſt ferunt æquo animo flagella.

Lupatis

Calydõ Biſon

Lupata: frenos aureos. Calydon: oppidum ætholiæ ubi meleager iteremit aprum. Biſontes. animalia iubata i germania ſunt. Bellua nigra elephas. laxos: rictus apta ora & puia.

Tenere: comprimere. Cui: cæſari mitiſſimo & clæmentiſſimo.

In nomentanis: Vinum nomẽtanum nouũ peſſimum eſt: uetus optimo cuiq; uino conferẽdum ut uel falernum uel chium: uel ſentinũ poſſis commode ac recte appellare: de nouo in diſtichis. Nomẽtana meum tibi dat uindemia bacchum. Si te quintus amat commodiora bibes. Nomentanum agrum neglectum ad decẽ lapides. Acilius Stenelius & Palemon grãmatici: ſua induſtria in ſummam fertilitatis laudẽ excoluerunt. Quicquid uoluit teſta anus: hoc eſt uetus: poteſt cũ quouis certare alibi de falernos: quod uis nomen habere poteſt.

Interponis aquam: Deridet ruffum fruſtra expectantẽ Næuiã de qua ſupra: Parcebat enim uino: ut diutius poſſet expectare. Subide: fre quẽter. Diluti: mixti uini. Sobrias nequitias ideſt ſobriũ coitũ. Negauit: quaſi diceret eum abſtinere uino: cum amica non eſſet uentura.

Deq; decem plures ſemper ſeruantur oliuæ.
Explicat & cœnas unica menſa duas.
Et ueientani bibitur ſex craſſa rubelli:
Aſſe cicer tepidum conſtat: & aſſe uenus:
In ius o fallax atq; inficiator eamus:
Aut uiue, aut decies ſæcuola redde deis.

De Spectaculo.

Picto quod iuga delicata collo
Pardus ſuſtinet: improbæq; tygres:
Indulget patientiam flagello.
Mordent aurea quod lupata cerui:
Q uod fræno libyci domantur urſi:
Et quantum calidon tuliſſe fertur:
Par & purpureis aper capiſtris:
Turpes eſſeda quod trahunt biſontes:
Et molles dare iuſſa quod choreas.
Nigro bælua nil negat magiſtro.
Q uis ſpectacula non putet deorum?
Hæc tranſit tamen ut minora: quiſquis
Venatus humiles uidet leonum.
Q uos uelox leporum timor fatigat
Dimittunt: repetunt: amantq; captos:
Et ſecurior eſt in ore præda:
Laxos cui dare peruioſq; rictus
Gaudent & timidos tenere dentes:
Mollem frangere dum pudet rapinam:
Stratis cum modo uenerint iuuencis.
Hæc clementia non paratur arte:
Sed norunt cui ſeruiant leones.

Ad Ouidium.

In nomentanis ouidii quod naſcitur ægris.
Accepit quotiens tempora longa merum.
Exuit annoxa mores: nomenq; ſenecta:
Et quicquid uoluit teſta uocatur anus.

Ad Ruffum.

Interponis aquam ſubinde ruffe.
Et ſi cogris a ſodale raram
Diluti bibis unciam falerni:
Nunquid pollicita eſt tibi beatam
Noctem nenia? ſobiaſq; mauis
Certe nequitias futuitionis.
Suſpiras retices: gemis: negauit:
Crebros ergo bibas licet trientes.
Et durum iugules mero pudorem.
Q uid parcis tibi ruffe? dormiendum eſt.

Ad Lucium Iulium.

Sæpe mihi dicis luci chariſſime iuli:
Scribe aliquid magnum: deſidioſus homo es:
Ocia da nobis: ſed qualia fecerat olim
Mœcenas flacco: virgilioq; ſuo.
Condere uicturas tentem per ſæcula curas:
Et nomen flammis eripuiſſe meum:
In ſteriles campos nolunt iuga ferre iuuenci:
Pingue ſolum laſſat: ſed iuuat ipſe labor.
Ad Gallum.
Eſt tibi: ſitq; præcor: multos creſcatq; per annos
Pulchra quidem uerum tranſtyberina domus
At mea uipſanas ſpectant cœnacula laurus:
Factus in hac ego ſum iam regione ſenex.
Migrádum eſt ut mane domi te galle ſalutem:
Et tanti uel ſi longius illa foret:
Sed tibi nõ multũ eſt unum ſi præſto togatum
Multum eſt: hunc unum ſi tibi galle nego:
Ipſe ſalutabo decima uel ſerius hora:
Mane tibi pro me dicat habere liber.
De Catella Publii.
Iſſa eſt paſſere nequior catulli:
Iſſa eſt purior oſculo columbæ.
Iſſa eſt blandior omnibus puellis
Iſſa eſt carior indicis lapillis:
Iſſa eſt delitiæ catella publi.
Hanc tu ſi queritur loqui putabis:
Sentit triſtitiamq; gaudiumq;.
Collo nixa cubat: capitq; ſomnos.
Vt ſuſpiria nulla ſentiantur
Et deſiderio coacta uentris.
Gutta pallia non fefellit ulla.
Sed blando pede ſuſcitat. toroq;
Deponi mouet: & rogat lauari.
Caſtæ tantus ineſt pudor catellæ
Ignorat uenerem: nec inuenimus
Dignum tam tenera uirum puella
Hanc ne lux rapiat ſupræma totam
Pictam publius exprimit tabella.
In qua tam ſimilem uidebis iſſam:
Vt ſit tam ſimilis ſibi nec ipſa:
Ipſam deniq; pone cum tabella
Aut utranq; putabis eſſe ueram.
Aut utranq; putabis eſſe pictam.
Ad Velocem.
Scribere me quereris velox epigrammata longa.
Ipſe nihil ſcribis: tu breuiora facis.
Ad Regulum.

Sæpe mihi: ad. I. Iulium ſodalem affert cãm quare nõ ſcribat aliqd magnum quia nullũ. ſ. ſit premium: nec otium. Aliquid magni. i. nomen ſtrari in epigrammatibus. Flacco. Horatio: Mœcenas aluit Flaccum: & Maronem. Iuuat: quia cum fructu eſt.

Et tibi ſit: ad Gallum cui pene idẽ ſcribit qđ ſcripſit. pculo ſe ſcilicet non iturum ad ſalutandum ſed miſſurum mane librum & poſt decimam ſe iturum. Tranſtiberina procul. Vipſanas laurus: porticus romæ quæ uipſana dicebat cuius memit Tacitus: huius nemus & lauros ſpectabat martialis a feneſtra. Es tãti ſcii: hoc officium ut te ſalutem: non eſt multũ ſi uenio comes: & me præſto comitem: ſed multum eſt ſi me mihi ipſi nego: & amitto tempus: ideſt non uaco litteris. Vipſa Vipſana

Iſſa eſt: Publius de deliciis habebat catellam de q̃ alibi. Pub. exigue ſi flagrat amore catellæ.

Iſſa: inſula in illyrico eſt: unde nõ pcul erat melita: ut Strabo ſcribit: & Ply. dedicati mittebantur canes: unde canes melitos dictos putat Calimacus: ut non incommode hanc catellam militeá poſſit appellare. Nequior: laſciuior. Iſſa

Sentit triſtitiam & gaudium: ideſt mœret & gaudet: ac ſi haberet ſenſus humanos. Deſiderio uentris: ſcilicet emittendi.

Cum tibi sit: regulus causas agebat cũ mitat ad eum epigramma Martialis ait nõ esse reprehendendum: quod interpellet occupatum in causis publicis: nam cum regulus non minus habeat ingenii ut libris possit delectari: q̃ pietatis: qua utitur in causis defendẽdis: nõ inepte ei mittit libellos. Minor pietas: ideſt cum habes & ingenium ſophiæ: doctrinæ.

Cum te: ludit in priſco nomine: pprio quod iocãdo accipit appellatiuum: ait enim ſalutabã te antea priſce & appellabam te dominũ & regem uolens aliquid impetrare quoniã non noueram te auarum: nũc quod mihi es cognitus eris mihi priſcus. i. te nõ colam & te pprio nomine appellabo.

GEO. Domi nus

¶ GEO. Cũ te nõ noſſem dñm regem: q̃ uocabam: parũ erudite narratur hoc difficilis hiſtoriam enim latentẽ cõtinet: ſcribit Seneca ad Lucilium ſolitos fuiſſe priſcos quoties hominẽ ignoto occurrerent eum dominũ & regem appellare. Ad quem morem reſpiciẽs poeta iocatur in priſcũ cuius nomen cum ignoraret: non nulgati: ſed nouitia appellatiõe dominum appellabat poſteaq̃ aũt eius nomen nouit: iam priſcum uocabit inuẽs uidelicet honorabilius nomẽ eum amiſiſſe poſteaq̃ cognitus fuit. Nõ tamen negauerim latentem morſum aliquem continere: qui tamen ab ea quam diximus conſuetudine pendet.

DO. Apinæ

¶ DO. Quecũq; docet ubi ei⁹ epigrãmata emi poſſint. Inuidebis ocio: q̃ nolies terreſt tẽpus.

Apinæ: dicuntur res tenues: & uiliſſimæ: alibi Martialis: Sũt apinæ tricen q̃ ſi quid uilis iſtis alii apinas dictas putant ab apino fructu: q̃ cortice fragili eſt: ut ſcribit Ply. Alii ex prouerbio ludicro quod erat apud antiquos apina & metaicra urbibus deletis: cum enim rem uiliſſimã & nullius momẽti uolebant ſignificare: apinã dixere propterea ait Ply. apinam euerſam in ludicrum uerterunt: placet per ſententiam. Illud ſane conſtat rem exilem & uiliſſimam eſſe. Per quam nõ licet. i. qui non ſinit meas pugnas perire: ſed excipit & edifcit.

Hos tibi: epitaphiũ antullæ in memore cõſecrato a Fænio Telephoro eius patre. Dignior ipſe pater: qui eſſet mortuus.

Quædam: in pullum inuidium. Liguſtrũ: flos cãdidus. Graculo: graculi ſunt aues quæ gregatim uolant: ut Var. & Fabius dicti a uoce.

Suſpẽdia fæua cogitabis: præ inuidia. Cito: ideſt prima ætate.

Occurris: Lupercus auarus uolebat gratis habere epigrãmata: Mar. poeta arguto ioco eũ ludit. Luperci cuiuſdã meminit Tacitus i bello aduerſus batauos. Ad pirum: locũ ubi habitabat Martialis: potes autem ad pilam legere. Quod infra indicat: ſed tiburtine ſum proximus acoclæ pilæ: ſed placet ad pirum ut regio ad malũ punicum dicebatur autore Suetonio: & Domitiano.

Cum tibi ſit ſophiæ par fama & cura deorum
Ingenio pietas nec minor ipſa tuo:
Ignorat meritis dare munera qui tibi librum:
Et qui miratur regule thura dari.

In Priſcum.

Cum te nõ noſſem: dominũ regẽq; uocabam.
Cum bene te noui iam mihi priſcus eris.

Ad Lectorem.

Q uæcũq; luſi iuuenis & puer quondam
Apinaſq; noſtras: quas nec ipſe iam nouit:
Male collocare ſi bonas uoles horas:
Et inuidebis ocio tuo lector.

A ualeriano pollio petes quinto
Per quem perire non licet meis nugis.

Ad Fauſtinum.

Hoc tibi uicinos fauſtine theſeſphorus hortos
Fænius: & breue rus hudaq; prata tenet.
Condidit hic natæ cineres: nomenq; ſacrauit.
Q uod legis antulle dignior ipſe legi.
Et ſtygias equum fuerat patrẽ iſſe ſub umbras.
Sed quia non licuit: uiuat: ut oſſa colat.

In Procillum.

Q uædam me cupit inuide procille.
Toto candidior puella cygno:
Argento: niue: lilio: liguſtro.
Sed quandam uolo nocte nigriorem:
Formica: pice: graculo: cicada:
Iam ſuſpendia ſæua cogitabis:
Si noui bene te procille: uiues.

De Antulla.

Hoc nemus æterno cinerum ſacrauit honore
Fænius: & culti iugera pauca ſoli.
Hoc tegitur cito rapta ſuis antulla ſepulchro
Hoc erit antullæ mixtus uterq; parens.
Si cupit hunc aliquis: moneo ne ſperet agellum
Perpetuo dominis ſeruiat iſte ſuis.

In Lupercum.

Occurris quotiens luperce nobis:
Vis mittam puerum ſubinde dicis.
Cui tradas epigrammaton libellum:
Lectum quem tibi protinus remittam.
Non eſt quod puerum luperce uexes.
Longum eſt ſi uelit ad pirum uenire:
Et ſcalis habito tribus: ſed altis.
Q uod quæris propius petas licebit.
Argi nempe ſoles ſubire loetum.

Contra cæsaris est forum taberna:
Scriptis postibus hinc & inde totis
Omnes ut cito perlegas poetas.
Illuc me pete: nec roges attractum:
Hoc nomen dominus gerit tabernæ
De primo dabit: altero ue nido
Rasum pumice purpuraq; cultum
Denariis tibi quinq; martialem.
Tanti non es ais: sapis luperce.

Ad Cecilianum.

Cui legisse satis non est epigrammata centum.
Nil illi satis est ceciliane mali.

Mar. Vale. Mart. epigrammatō li. ii. ad Decianū.

Vid nobis inquis cum epistola: parum ne tibi præstamus si legimus epigrammata: quid hic porto dicturus es. quid nō possis uersibus dicere: uideo quare tragœdi epistolam accipiant quibus pro se loqui non licet: epigrammata curio non egent & contenta sunt sua: id est mala lingua. In quacūq; pagina uisum est epistolā faciūt. Noli ergo: si tibi uidetur rem facere ridicula & in toga saltanti in ducere personā. Deniq; uideas ante delectet contra retiariū ferula. Ego inter illos sedeo qui protinus reclamāt. Puto me hercule Deciane uerum dicis. Quid si scias cum qua & q̄ longa epistola negocium fueris habiturus? itaq; quod exigis fiat: debebunt tibi: si qui in hunc librum inciderint: quod ad primam paginam non lassi peruenient.

q

Ad Librum suum.

Tercentena quidem poteras epigrammata ferre:
Sed quis te ferret: perlegeretq; liber?
Ad nunc succincti quæ sunt bona discе libelli:
Hoc primū est breuior quod mihi charta petit.
Deinde q̄ hæc una peragit librarius hora:
Nec tantum nugis seruiet ille meis.
Tertia res hæc est quod si cui forte legeris
Sis licet usq; malus non odiosus eris.
Te conuiua leget mixto quincunce: sed ante
Incipiat positus q̄ tepuisse calix.
Esse tibi tanta cautus breuitate uideris:
Hei mihi q̄ multis sic quoq; longus eris.

Ad Cæsarem Domitianum.

Orum Cæsaris: nō Domitiani seu Augusti si quo archesilaus uictor dicatur Veneré genitrícem. Nido: alio uerbo dixit Horati. Pila taberna meos habeat: uel pila libellos: ista Martia. Hos nido licet inferas uel imo. Liber. II.

Vid nobis inquis: Valerii. Martialis Deciano suo amico secundum librum mittit: eum introducit consulentem cur epistolā epigrāmatibus præponat: cui⁹ auctoritate commotus exit in carmen omissa epistola. Quare tragœdi comœdiho: mos erat uti prologo: quem nūc decianus appellat epistolam. ratio erat: qa eo. plogo quo alloq̄bant spectatores non ulla dicebant: q̄ paulopost occupatione fabulæ dicere non potebant: inde est qd ait. Accipiant epi. i. utant. plogo. Log. p se: quia cum spectatoribus suo nomine nō possunt postea occupatiōe. Curiōe mini⁹ stra: epistola suo: se suū. Curio mistę significat. GEO. Epigrāmata curione nō egēt. Nō satis expediuit sententia poetæ: nam ministrū thetralē legimus apud Eusebium Cæsariensem in terpte Rufino Curionem eum fuisse qui ad populum iubente pretore aut alio magistratu aliquid uulgaret: conueniret: uerbis poetæ huiusmōi expositio q. d. epigrāmata nō idigeāt uoce alienā: sed per seipsa aperiāt & manifestent. DO. Sua lingua. i. satis. p se loqui pōt sine curione. i. ministro. Faciūt epistolā. i. possunt uti. p logo: quod non faciūt tragœdi. Noli ergo: hic est sensus quēadmodū si mimmis rē ridiculā facit non est uelandus toga ita & epigrāmata si sua os iocos pstāt: nō sunt uelāda epistola. Personæ saltāti. i. mimmo. Rætiarii ferula & pueri uapulabāt: & senū grestus iuuabant: ea infirmissimū & uirgultū unde puerbiū apud antiquos erat in eos qui tenui & exiguo præsidio aduersus cpti me istructum pugnabāt: eos pugnare ferula cōtra gladiatorē: hoc ait Decianus: nō est qd cogites si male scripsiti te fore tutū aduersus obtrectatorē: hæc epistola nā hoc est pugnare ferula cōtra gladiatorem. q. d. ista epistola aduersus obtrectatores paruū p̄sidium pstat ue li gladiatores cū nō placebāt uirgis cæsi explodebant: ex thea tro: q̄d Hora. in satyra docet interpte Porphirione. Si igit sensus: uide an uerbera quib⁹ retiarii quum non placent afficiuntur te delectent. q. d. si tu offrēdes nos ista epistola explodēris cæsus ferula ut retiarius: & ego non te defendam immo una cū aliis clamo. ptinus in te. Reclamāt tractū a spectatorib⁹: qui stati in reclamāt: si quid iepte dixeris. Quid dice. si scires q̄ lōga epistola usuri eramus: uerba Mar. Paginā epigrāmaton. Ferula

Tercentena: alloquitur librū cū dicit se adhibuisse breuitatē: ut nullo tedio plegatur: quod ut assequi possit: ut in manus ueniat calente me ro: ait tamen se uereri: ne ita quoque longus uideatur. Ad nunc discе: docet commoda breuis libelli. Tertia: id est tertium cōmodum. Si cui: si ab aliquo. Mixto: infuso. Quincūce: si in ista bre uitate. Hei mihi quam multis nō eris longus.

Creta:Domitianus post duplicē triumphū de dacis populis germaniæ:germanici cognomē assumpsit: ꝯ septēbrēq; mensem appellauit germanicū:quod eo inceperit bellū hoc cognomē anteponit Martia. laudi Metelli:qui a Creta deuicta cretēsis dictus & cognomini scipionis Africanicui africa uicta nomē dedit. de nicq; triūphis:quos Vespasianus & Titus duxerāt ex iudæis:quoniā nō solus Vespasiānus aut Titus.sed uter q; arma illis intulerat:triumghi uero germanici solus sit professor & Dominus Domitianus:a Creta Metellus creticus dictus ē:Ouidi.in fastis. Rheno domito.i.populus germanus:nā germanicus frater Tyberii inde cognomen assumpsit. Et puer:quo pacto debuit dici germanicus Domitianus puer uicit ne germanos:nimiū est ex historia uel ut intelligas eum patrem fecutum esse qui ate susceptū imperium duas ualidissimas germaniæ gentes deuicit:penetrauitq; usq; britaniam uel quod magis placet:qm cum iuuenis esset adhuc una cum Antonio & Mutiano batauos germaniæ populos in leges & ditionē coercuit. Batani at habent insulam in rheno ad centum Milia passuum. De hac historia Silius:At tu transcendes germanice facta tuorū iam puer auricomo performidate batauo:illic tamen britāo legimus: qđ nihil refertnā codices plærīq; habēt batauo & eadem fuit expeditio. Idumæos:ex iudeis. q. d. iudei fuerūt uicti armis fraternis & patris:at solus uicisti germaniam.

Batani

Sexte:Sextus iactabat se nihil cuiquam debere:Martialis hominis iactantiam ioco subsānat ꝯ atque se id credere:quoniam is tantum debet quantum potest soluere.

O q̄blādus:A mianus habebat rem cum matre. Quam blanditur tibi mater:Nomina nequior:a idest hæ blanditiæ placent. Nec sororē: sed uxorem.

Nec ualeam:iuerat salutatum Decianum sæpenumero:qui ad duo milia passuum distabat. sed ille uel aliis negociis occupatus negabat se esse domi:uel aberat:ait poeta sibi non esse molestum ire duo milia passuū ut eum uideat: sed si graue esset ire quattuor:& eum non uidere: amittere;q; laborem. Ne ualeam i deste peteā. Vacas tibi:indulges ocio.

In nunc:in delicatum & sæuerum lectorem quem duabus paginis fessum dicit iā oscitare: & spectare ultimā partem libri:.ppterea eo sibi male consulere:qui iubent:ut epigrāmata quæ olim recitabat:& habebātur in admiratione redigat in libellos:& emittat. Oscitatiōes.i.distractiones oris:quod est signum fastidientis. Spectas aeschatocolicon.i.ultimā paginam & finem libelli. Vitelliani erant pugillares:q̄bus res amatoriæ & lasciuæ scribebant. In distichis: Nondū hos legerit puella:Nouit quid cupiant uitelliāi. Raptat:aptim hæc sunt singula redacta i librū.

Macer:breuis. Supiniores.i.grauiores nunquam uidi maiorem ignauiam. Bouillæ veniēt i ex aricia occurrūt:paulo citra locum ubi erat templum bonæ deæ:ea uia celebertima erat & sacris aricinis & amcenitate loco:& celebrē fuisse ostendit Iuue. Dignus aricinos:qui medicaret ad axes ꝓpterea poeta sumpsit methophoram a uiatore cursuro bouillas. Pediāus autem ædes camœnarum erat ad portam trigeminam condita ut alii annales habent a Tuluio nobilio reuit alii ab Octauio tibicine.

Creta dedit magnum. maius dedit africa nomen
Scipio quod victor:quodq; metellus habet:
Nobilius domito tribuit germania rheno:
Et puer hoc dignus nomine cæsar eras:
Frater idumeos meruit cū patre triumphos.
Q uæ datur ex catis laurea tota tua est.

Ad Sextum debitorem.

Sexte nihil debes:nil debes sexte fatemur:
Debet enim siquis soluere sexte pōt.

In Amianum:

O quam blandus es amiane matri
Q uam blanda est tibi mater amiane:
Fratrem te uocat:& soror uocatur.
Cur uos nomina nequiora tangunt.
Q uare non iuuat hoc quod estis esse?
Lusum creditis hoc:hoc umq;non est.
Mater quæ cupit esse se sororem
Nec matrem iuuat esse:nec sororem.

Ad Decianum.

Ne ualeam si non totis deciane diebus
Et tectum totis noctibus esse uelim.
Sed duo sunt quæ nos distinguunt milia passum
Q uatuor hæc fiunt:cum rediturus eam.
Sæpe domi non es:cum sis quoq; sæpe:negaris
Vel tantum causis:uel tibi sæpe uacas.
Te tamen ut uideam:duo milia non piget ire.
Vt te non uideam:quattuor ire piget.

Ad Seuerum.

I nunc edere me iube libellos
Lectis uix tibi paginis duabus
Spectas æschatocolicon seuere:
Et longas trahis oscitationes:
Hæc sunt quæ relegente me solebas
Rapta scribere:sed nitellianis
Hæc sunt singula quæ sinu ferebas
Per conuiuia cuncta:per theatra
Hæc sunt:aut meliora:siqua nescis
Q uid prodest mihi tam macer libellus:
Nullo crassior ut sit umbilico.
Si totus tibi triduo legatur.
Nunquam delitiæ supiniores:

Lassus iam cito deficis uiator.
Et cum currere debeas bouillas.
Iter iungere quæris ad camœnas.
I nube edere me iube libellos.

7. In Attalum.

Declamas belle: causas agis attale belle:
Historias bellas: carmina bella facis
Componis belle mimmos epigrammata belle.
Bellus grammaticus: bellus es astrologus.
Et belle cantas: & saltas attale belle:
Bellus es arte lyre: bellus es arte pilæ.
Nil bene cum facias: facis attamen omnia bellæ:
Vis dicam quid sis? magnus es ardelio.

8. Ad lectorem.

Si qua uidebuntur chartis tibi lector in istis
Siue obscura nimis: siue latina parum:
Non meus est error: nocuit librarius illis.
Dum properat uersus annumerare tibi.
Quod si non illum: sed me peccasse putabis.
Tunc ego te credam cordis habere nihil.
Ista tamen mala sunt: qui nos manifesta negemus
Hæc mala sunt: sed tu non meliora facis

9. De Nævia.

Scripsi: rescripsit nil nævia: nil dabit ergo.
Sed puto quod scripsi legerit: ergo dabit.

10. In Posthumum.

Basia dimidio q̃ das mihi posthume labro:
Laudo: licet demas hinc quoq; dimidium.
Vis dare maius adhuc & inenarrabile munus
Hoc tibi habe totum posthume dimidium.

11. Ad Ruffum de Selio.

Quod fronte selium nubila uides ruffe:
Quod ambulator porticum terit serus:
Lugubre quiddam quod tacet piger uultus:
Quod pene terram tangit indecens nasus
Et dextra pectus pulsat: & comam uellit:
Non ille amici fata luget aut fratris
Vterq; natus uiuit: & precor uiuat.
Salua est uxor: sarcinæq; seruiq;.
Nihil colonus: uillicusq; decoxit.
Mœroris igitur causa quæ est? domi cœnat.

12. In Posthumum.

Esse quid hoc dicam q̃ olet tua basia mirrham.
Quodq; tibi est semper non alienus odor.
Hoc mihi suspectũ est q̃ oles bñ posthũe semp
Posthume nõ bene olet: qui bene semper olet.

Iter iungere quæris: iter iungunt inquipe-
tertia lla quiescũt in cursu. Camœnas: ad æd-
musarum. Bouillas: inquit cursus uis subsiste-
re ad portam. Aedẽ autem camœnarũ primus
Numa erexit: auctor Liuius in primo ab urbe
& Plutarchus.

Declamãs: in Attalum quærit. Omnes attin
gebat nulla erudiebatur. Mar. quærit quomo
do debeat appellari cum pariter omnes artes at
tingat. & ita ut nullam assequatur & edisca: ut
ab ea possit accipere nomen. Ficto igitur nuper
uerbo dicit enim debere appellari ardelionem:
nam ardeliones sunt qui studio quodam ardẽt
in rem omnem: & nullam prosequuntur. Decla
mare est ficte orare ad exercitationem. Mimmi
poemata qualia scripserunt Laberius Publius
philistio: in his solus risus quærebatur: hi poe
tæ mimmographi dicuntur. Ardelio: nomen
studiis: & non doctrinæ ab ardẽdo: ideſt festinã-
do. Ardeliones ad omnia festini & curiosi: sed
ut dixi nouitate nominis iocatur.

Scripsi: in nævia m iocus est: nam date absolu
te apud Martialem: modo est dare precium mo
do dare coitum: ut illud: Res perticula est uis
dare. s. coitum nec dare uis. s. precium exigebat
precium Martialis Nævia pro coitu. Non da
bit ergo. s. coitum interrogatiue: immo dabit sci
licet pretium: ut emat a me coitum quasi dicat
si uoluerit a me coitum: omnino soluet. aliter
enim nolo.

Basia dimidio: Posthumus male olebat: cõsci
us huius rei, dimidio labro oscula dabat occurrẽ
tibus amicis: Martia. dicit se nõ ægre ferre si di
midio tantum labro oscularur: sed se facere po
testatem ut dimidiũ adimat. Posthumus: nomẽ
fictum est apud poetam: ut indicat: Quis sit po
sthumus in meis libellis non dicam. Licet de
mas: potes demere hoc etiã dimidium & id faci
le patiar.

Quod fronte ad ruffum cœnipetam: ita ha
bet inscriptio antiqua ideſt sectãtem & petentẽ
alienam cœnam. Nubila torua & mœsta: Porti
cum seram: ideſt serus terit porticũ. Piger: tor
pens tacet quiddam lugubre: quiddam insigne
luctus. Indecens: turpis terit terram demisso
nultuita enim est habitus lugentis. Dequoq;
re si absolute dicatur est fugere ab æs alienum:
si cum accusatiuo significat penitus consumere:
tractum a rebus quæ consumuntur coctione.

Mirrha: suauissimi odoris arboré habetur nõ
nulli dixere in eadem silua cum thure: & cum
alia unguenta ex diuersis rebus constarent: sola
mirrha habebatur pro unguẽto. Non alienus:
ideſt semp habes odorem alienum & accersitũ.
Hoc mihi suspectum: quia non bene olet semp:
quia non habet bonum odorem & naturalem:
erat enim fellationis uitio olidum: sed id odori
bus emendabat.

Ardelio

Decla
mare
Mimi
Mimo
graphi

Deco
quere
Mirtha

Et iudex:cauillatur in Sextum qui adeo gloriatur illa iactantia se nihil cuiq; debere:ut iustis etiam credi toribus ambagibus litiū rem creditam negaret. nunc in litigantem aduersus creditorem iocatur:& ait poeta Sexte dum unum creditorem uis subterfugere tres habes:nam & iudex petit:& patronus & creditor fuerit prudentius creditori soluere:ut duos dentes:q̄ unum subterfugere ut in tres incidas.

Nil intentatum in Selium cœnipetat:qui loca urbis ubi hominum conuentus esse solerent discurrebat ut ab aliquo inuiteretur:poeta iocatur dum singulis in locis anxium:& solicitum cœnæ oſtēdit. Eruopæ ex omnibus barbi locis campus martius habitus dignus est autore Strabone:in quo præclarissima picturarum aliorumq; ædificiorū opera collocarentur:uel loco saltem uicino. Non procul igitur a campo martio erat fabula Europes picta in porticu:quemadmodum uecta é a ioue uersō in taurum:erat q; prope locus buxo consitus exercitatiōi & cursui aptissimus. Alibi. Martia. Sed curis nitueas tantum prope uirginis undas: Aut ubi sidonio taurus amore calet. Achilleos pedes:ideſt celeritatem tuorum pedum nā Achilles hoc epitheto frequenti carmine celebratur ab Homero

uelox pedibus Achilles ſtulte:aliī exponunt pedes Achilleos:ideſt carnina de Achille amici igitur Pauli currentis Selius uelocitatem laudabat:ut ita uenaretur cœnam. Sine fine:supra quam decebat. Si nihil fecit.i.ſi nihil potuit assequi: Phillirides:Chirō phillirae & neptūni qui erat in fabula argonautarum pictus.

Aesonides:Iasonfilius Aesonis: Argonautæ picti erant in campo martio in amœnissima porticu & ambulatione:quæ multis frequentabatur:ubi martialis:An spacia carpit lentus argonautarum.

Nēphiticaisis templum habuit romæ proximum ei in campo qui erat coniunctus campo martio:Iuue. Calida quæ petitas a meroe potabit aquas:ut spargat in ædē Isidis:antiquo quæ proxima surgit ouili. Sacra autem illa celebrantur magna hominum frequentia:& inde sæpe numero scortationes:& lenocinia parabantur. Memphitica ægyptia:quia ex ægypto. Iuuenca Isis quæ olim iuuenca fuit. Moeſta:epitheton isidis propter mortem mariti Oſiridis. Centum columnas:porticum uipſanam intelligit:ut alii pompeianam. Versus sunt Ouidii & plures, propter illud:historia tradit hanc fuisse igenti sumptu ædificatā & nobilem inter cætera ornamenta industria antiphili pictoris:q illic pixit. Cadmū & Europen. Dona:Pōpei hi maxime ornarūt urbē ædificiis Pōpe. Iulius Cæsar: Augustus & eius familiares Octauia:Pōpeius theatrū struxerat pter porticus & multas inambulationes. Duplex nemus qd garriūt nōnulli de curia Pōpeii nōne uel Strabōis uerba sūt satis q scribit hortos nemorosos circa hæc loca fuisse ut intelligas. Nemus duplex.i. latū:uel uerba Liuiisiqd magis placet q scribit locū i urbe fuisse:q dicebant iter duos locos & qdē amœnū. Nō spnit.i. defecēdit. Fortunati. N.P. Aeoliā.i. balnea uentosa. Renuente deo.i. nō fauente. Buxeta:loca consita buxis ad Europam porticum:buxetum dictū est:ut quercetum: cornetum:ilicetum. Fagutal:a fago. Vnde fagutalis iuppiter. Tepida:quia post meridiē illic inambulabant ad exercitationē alibi. An delicatæ sole rursus europæ inter tepentes post meridiem buxos. Voca ad cœnā.i. adime uitā. Selio:nā si cœnabit cū ioue discedet e uita:quod urbaniter dicit:quā aliud dicere uideat.

Quod nulli:potes accipe Hermi calicē fuisse uenenatū:uel quod magis placet os fetidū fuisse ob fellatiōnēnā hoc sēsu soler i fellatorē iocari ut i Sabidiū:cui' flatu ait æscā merdā eē factā hic nulli, ppiabāt calicē qd uidebat' fupbi hois:sed eū hūane agere scribit Mar. ne pdat cōpotorē uenēo uel fetoī poti' aiæ ex fellatiōe.

Zoilus:zoilus ut opes lecti ostentaret se ægrotum simulabat ait Martialis non opus esse medico ad letandum morbum:sed ulioribus ſtragulis. Stragula: ut Varro scribit dicebantur omnia quæ lecto sternebantur. Coccina:ideſt ſtragula tincta cocco. Torus:lecti ornamentum erat ex lino: maximi pretii habebatur: si ex illo gossipio lino ægyptio esset confectus: nam linum illud candore & subtilitate præstat.

Ad Sextum de sitiente.

Et iudex petit:& petit patronus.
Soluas censeo sexte creditori.

In Selium cœnipetam.

Nil intentatum selius:nil linquit inausum
Cœnandum quotiens iam uidet esse domi
Currit ad europen & te pauline tuosq;
Laudat achilleios:sed fine fine pedes.
Si nihil europæ fecit:tum septa petuntur:
Si quid philirides præstet & æsonides
Hinc quoq; deceptus mēphitica tēpla frequētat
Assidet & cathedris:mœsta iuuenca tuis
Inde petit' centum pendentia tecta columnis:
Illinc pompei dona nemusq; duplex.
Nec fortunati spernit:nec balnea fausti:
Nec grilli tenebras:aeoliamq; lupi.
Nam thermis iterum cunctis:iteruq; lauatur:
Omnia cum fecit:sed renuente deo:
Lothus ad europes tepida buxeta recurrit.
Si quis ibi rerum carpat amicus iter.
Per te perq; tuam uetor lasciue puellam:
Ad cœnam selium tu rogo taure uoca.

In Hermem in eodem, aut eiusdem.

Quod nulli calicem tuum propinas:
Humane facis herme non superbe.

In Zoilum eiusdem.

Zoilus ægrotat faciunt hanc ſtragula febrem
Si fuerit sanus:coccina quid facient?

Buxetū Fagutal Fagutalis

Stragula Cocina Torus

Tinctus non placet cinctus: nam cinctus non est lecti ornamentum: sed uestis muliebris: nunc poeta de stragulis loquitur. Legatur ergo uel tinctus ut repetas torus: hoc est quid faciat torus tinctus. Sidone oleti: id est purpura: uel tigus: nam tigus ornamenti genus erat appellatione barbara: autor Varro: Sindon est genus lini subtilissimi: ut legas quid tigus faciet confectus sidone lino subtilissimo.

Sidon Eni gma

¶ GEO. Sidone olenti: tibi non credo: qui pleraq; omnia uanissime effutis: nisi scriptorem dederis: qui hæc dicat inuenio apud scriptores græcos in primis apud libanium sidonem pro uelo subtilissimo accipi: In quam significationẽ uenit illud euãgelii: ubi narrat corpus domini inuolutũ fuisse sindone.

¶ DO. Olenti. s. bene. Machaones: medici dicti a machaone filio Aesculapii. Sume mea stragula: quoniam ea noles offertare: sunt enim uilissima: & ita fies sanus hoc est non simulabis te ægrotare.

Quid torus a nilo? quid sindone tinctus olenti?
Ostendit stultas quid nisi morbus opes?
Quid tibi cum medicis? dimitte machaõas ois?
Vis fieri sanus: stragula sume mea.

17. Ad Amianum.

Tonstrix subarræ faucibus sedet primis
Cruenta pendent qua flagella tortorum:
Argiq; loetum multus obsidet sutor.
Sed iste tonstrix amiane non tondet.
Non tondet in quam. quid ergo facit? radit.

Tonstrix: in tonstricem quandam: quæ non solum tõdebat: sed pecunia homines radebat: grãdem enim coitus mercedem poscebat. Qua pẽdent flagella: nam illic erant flagella eorũ: qui puniebant alios: Hora. Metuens pendentis habenæ: torrores qui damnatos flagris afficiebãt.

Obsidet: futor in argileto erãt multæ sutrinæ.

18. In Maximum, ferum.

Capto tuam pudet heu: sed capto maxime cœnã.
Tu captas alias: iam sumus ergo pares:
Mane salutãtum uenio: tu diceris isse
Ante salutatum: iam sumus ergo pares.
Sum comes ipe tuus: tumidiq; anteambulo regis.
Tu comes alterius: iam sumus ergo pares.
Esse sat est ferum: tam nolo uicarius esse:
Q ui rex est regem maxime non habeat:

Capto in maximum. qui uolebat esse domi nus Martialis: cum ipse aliis seruiret. Captare ẽ blãdiciis & seruilibus officiis aliquid quærere: ut scurræ & alii. Anteambulo dicitur qui ambulat ante dominum honoris gratia: hoc est usus uerbo Trãquillus: quod perraro inuenies: atq; haud scio an usquam præterq; in uita Vespasiani: ubi scribit matrem solitam appellare eũ anteambulonem fratris. Vicarius: id est nolo uices serui sustinere. i. nolo esse secundus seruus: nam qui aliis seruiunt seruientibus sunt seruorum uicarii. R. x. i. dominus: nam rex apud Horatium Iuuenalem: & hunc poetam dicitur qui colitur a clientibus. ut patronus seruorũ. Vnus L. Columella præter hos poetas in procemio hoc uerbo ita usus est: q regis i quit somnos, aucupari.

19. In Zoilum, Iuuen. sim.

Fœlicem fieri credis me zoile cœna:
Fœlicem cœna zoile deinde tua?
Debet aricino conuiua recumbere cliuo:
Q uem tua fœlicem zoile cœna facit.

20. De Paulo poeta,

Carmina paulus emit: recitat sua carmina paulus
Nam quod emas possis dicere iure tuum.

Fœlicem. in zoilum simulãtem aduersam 'ualitudinem: ut supra dictum & accipientem amicos mensa: quæ ægrotantibus solet parari. Debet. oportet eum esse egrotum qui tecum cœnet: nam: conuiua' ad cliuum aricinum est medicus corpore læso. Quem tua cœna fœlicem facit. id est cui placet tua cœna. & ea se putet fœlicem: nã cibus quidem lautis erat parata: sed iis qui solent dari ægrotantibus. Vnde cauillatur cœnam eam esse aptã ægrotis. & eos qui ægroti mendicant ad cliuum aricinum se putaturos fœlices ea cœna.

21. In posthumum, in æ dum, ut ore ferentes.

Basia das aliis: aliis das posthume dextram:
Dicis utrum mauis eligemalo manum.

Basia. i. malo manum q̃ basia, quia male olẽt. Quid. ob illud epigramma. basia dimidio.

22. De Eodem.

Q uid mihi uobiscũ ẽ o phœbe: nouẽq; sorores:
Ecce nocet uati musa iocosa suo:
Dimidio nobis dare posthumus ante solebat:
Basia nunc labro cœpit utroq; dare.

Cœpit utroq; dare. ut illud ulciscatur. Nondum. Non dicam nomen Posthumi: & quid sit, quia poterit uindicare sub specie amicitiæ dando basia' mihi quæ male olent.

23. De Eodem.

Non dicam: licet usq; me rogetis
Q uis sic posthumus in meo libello:
Non dicam quid enim mihi necesse est
Has offendere basiationes
Q uæ se, tam bene uindicare possunt?

Si det in Candidū de quo alibi. Cādide

æ fortunæ comitē. Martia. poeta ait se nolle amicū qui tantū in calamitate sit comes. sed eū q̄i factus fuerit diues det aliqd. Triste reatū: si fueris reus. Reo. s. te. Exulis: tui. Dat. fortuna. Hoc est si fortuna dat. Pat tē. i. dimidiū. Multum est. i. posses dicere nimiū esse dare dimidiū. Das aliquid: terrogatiue q̄si dicat non.

Das nunq̄: Galla meretrix: quæ nō ſtabat. p̄miſſis: unde inquid: ſi ſemp cōtrariū facis: nega mihi & dabis.

Quod q̄uiſ̄ppp tuſſim Bitinicus ſpabat Næuiā moritura. quoniā tuſſi uehementius agitabat. ſed fallit. quoniam Næuia meretrix ita ſolet blādiri. Spi rat: anhelat. Blāditur. ſ. tibi auatoriā tu caperis is blāditiis: quum inde ſperes cito morituram.

Laudant: cœnæ cū retia tēdit. i. cū caprat cœnam. Accipe. audi. Effecte: plene facta est iam tib i cœna: quā cœnabis mecū. Hoc uolui te di cere uerba eius: qui laudatus est a Selio. Tacet lege: nō cœnā. Ita habet codex ātiquus. i. cū audit Selius cœnā ſibi eſſe paratā: ſtatim ſilet q̄ſi aſſecutus qd uolebat & timens ne loquendo oſtēdat.

Rideto: in ſextilij maſturbatorem & ſellatorem: is cōtracta fronte & ſtoico ſupcilio nolebat uideri mollis: Mar. iocat: & q̄ſi uideatur aſſentari: ait Sextilij non debere uereri quod aut cinædus: aut pædico: aut fututor: aut cūnilingus habeatur: ſed tamē duas res ſuperesſe: quæ uel ab hiſpido & ſeuero poſſint eſſici: hoc eſt ſellare & maſturbari. Rideto. i. derideto illū: qui te appellauerit: cinædum. Portige digitū mediū: erat in ūicium cōtumeliæ: nā digitus ille ſi amis diceba tur: ſeu uerpus: quoniā eo iudei delapſa in teſtina recondebāt: Iuue. Mediū: q̄ oſtēderet unguē ideſt mediū digitū. Calda bucca. i. uulua: quia uon es cōnilingus. Duas res. i. fellationē & maſturbationem. Maſturbari a uerbo græco trahitur eſt: nā græ. dicit lenocinio & blandiciis conciliare. Vnde maſturbari dixerunt latini pro eo: quod eſt uirilia ſpudenter tractare. Fellare: ab hædis & agnis tractū q̄ fellare dicūtur ubera matris: cum lac ſugū: hoc uerbo uſus eſt Var. in re. rū. in agnis: Solinus frequentiuo. ſ. fellito: In hædis: & Ply. Dicit' ät nō a fellæ aſiali: q̄ ſentire eſt ridiculū: ſed a uerbo græco quod eſt os cōtaminare: ita interpretatur Suidas teſtimonio etiam Ariſtophanis.

Ruffe: in eū q̄ ex ſeruili cōditiōe puenerat ad equeſtrē dignitatē: inſigniaq; equeſtria gerebat poeta facere iocatur. ait. n. ſi neſcis q̄s ille ſit. q̄ in ductus & pictus eſt eſtribus ſignibus amoue ſplenia & ornamenta illa legeſq; i ferōte q̄d ſit & apte alludit ad picturam: nam dicimus plegere oculis ea q̄ picta ſunt. ut apud Virgi. hic ät habe bat notas: legēdas in frōte. i. ſtigmata. Illū terentē pria ſubſellia nā iter ſubſellia iudicū eqtes ſedebāt. ut ſupra dictū ē & Ply. & Str. ſunt autores.

¶ GEO. Ruffe uidēs illū ſub. pri. te. in ſubſellis quæ, pprie ut Pedianus ait minoꝝ ætāt cum tribunalia maioꝝ eēnt iudices ſedebāt tripartia aliquādo diuiſi: nā & ordo ſenatorius & equeſtris: & item tribuni ærarii iudicabāt: aliquādo tñ iudicia penes ſenatores ſolos: interi penes eqtes fuere. Cur aūt ad expla pria terrē eqtē fuiſſeq; iudicaturus pria ſubſellia mollis & ornamēto molliore ornat' frequēter aret: hæc ille.

¶ DO. Sardonicata man'. i. habēs ānuli ligatū ſardonice: & hoc eſt ſignū equitū. q̄ ānulo donabant. Sardonice ät gēma i maxia fuit auctoritate: annulo p̄ſertim Policratis: q̄ cū & ab Herodoto: & a latinis noſtris memoriæ ſit cōmendatus: gēma ſardonicē habuiſſe ſcribitur: dicitur & ſardonicus. Iuue. Gēmaq; princeps ſardonicus. Cuius tyron epotauere lacernæ: ideſt cuius lacernæ totiēs tinctæ ſunt. Primū tātū bis tinguebat purpura: dicebāturq; dibaphæ: q̄libus uſus eſt Lētulus ſpinter primus poſtea ſæpius tinctæ fuerūt maiore

Maſturbari

Fellare

Sardonice dibaphæ

ls amplisſimis uerbis pollicebat ſe fore eis aduer

In Candidum amicū ſe offerentem expli.

Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum:
Squalibus hærebo pallidiorq; reo:
Si iuuat e patria damnatum excedere terra,
Per freta per ſcopulos exulis ibo comes.
Dat tibi diuitias: & quid ſunt iſta duorum:
Das partem: multū eſt: candide das aliquid.
Mecum ergo miſer es: quod ſi deus ore ſereno
Annuerit: fœlix candide ſolus eris.

Ad Gallam meretricem

Das nunq̄: ſemper promittis galle roganti:
Si ſemper falliſ: iam rogo gallia nega.

Ad Bitinicum & ſuum ſignum narrabas

Quod querulū ſpirat: quod acerbū næuia tuſſit
Inq; ſuos mittit ſputa ſubinde ſinus:
Iam te rem factam bithinice credis habere:
Erras blanditur næuia: non moritur.

De Selio cæpeta,

Laudantem cælium cœnæ cum retia tendit.
Accipe ſiue legas: ſiue patronus agas:
Effecte: grauiter: cito: cito: nequiter: euge: beate:
Hoc uolui facta eſt iam tibi cœna tacet.

In Sextilium miſerum

Rideto multum qui te ſextile cinædum
Dixerit: & digitum porrigito medium.
Sed nec pædico es: nec tu ſextile fututor:
Calda uetuſtina: nec tibi bucca placet.
Ex iſtis nihil es fateor ſextile: quid ergo es?
Neſcio, ſed tu ſcis res ſuperesſe duas.

Ad Ruffum ſeruo quēdam facto equite,

Ruffe uides illum ſubſellia prima terentem
Cuius & hinc lucet fardonicata manus.
Quæq; tyron totiens epotauere lacernæ:

honore & impendio. Et uides illum cuius lacernæ lucẽt bis tinctæ: lacernæ superinducebant togæ. Toga cœa: quæ ex cœa insula cõfecta erat. Vtebantur etiam uiri: uincebãtur tamẽ albedine a mulieribus bombicem affiriam gestantibus. Pinguis: uncta. Marciliano: unguento confecto a Marcello: nam unguenta aut a locis sumunt appellationem: ut rhodia & mendesia: aut a magistris: ut cosmiana & marcellana: aut a succis immixtis ut nardi nardina opobalsama. Euulso pilo: nam euellebant pilos ut molliores uiderentur: unde & instrumentum appellarunt uolsellas: ut Var.

Volsella Ligula

Et toga non tactas uincere iussa niues.
Cuius olet toto pinguis coma marcelliano:
Et splendent uulso brachia trita pilo.
Non hesterno sedet lunata lingula planta:
Coccina non læsum pingit aluta pedem:
Et numerosa linunt stellantem splenia frontem
Ignoras quid sit splenia? tolle leges.

30. In Caium auarum,

Mutua uiginti sestertia forte rogabam:
Quæ uel donanti nõ graue munus erat.
Quippe rogabatur fiducia uetusq; sodalis
Et cuius laxas arca flagellat opes.
Is mihi dixit: si causas egeris inquit:
Quod peto da cai: non peto consilium.

31. Ad Marianum de quodã cinædo.

Sæpe ego cristillam futui: sed & bene quæris:
Hostem: hoc nō magis dictum est in Fannium q̄ in Catonē Hannibalem & Neronem: & multos qui idem fecerunt de Fannio Cepione loquitur: qui deprehensus in coniuratione aduersus Augustum sibi mortem consciuit.

Laxior: Zoilus amplam lecticam sibi confecerat: maxime lecticæ dicebantur octophora: quibus delicati & maximi uiri utebantur: hoc uerbum apud Ciceronē & Tranquil. in Calicula: quem scribit adeo delicate incessisse nonunquā: ut octophora ueheretur: aliæ lecticæ hexaphora dicebantur: q̄ a.vi. seruis uehērētur de quo periphrasticos Iuuena. est locutus: cum ait Cum iam sexta ceruice feratur Hinc atque inde patēs: Sandapila erat feretrum uilissimum tātummodo cadauerum. quamuis legamus Domi. sandapila elatum fuisse: nam huiusmodi homines mouri apud poetam dicūtur pauperes scilicet & ignaui & alibi Non debes fieri mortuus hexaphoro: & alibi uis sine febre mori alibi Hoc rogo dic non est cinna perire cito.

Octophorū Hexaphorū Sandapila

Fœdasti: ad eundem mœchū mariti. Requirunt enim fe: ideſt ipſi reminiſcuntur: quāuis ipſe nō dicat.

Vindicatum:a libidine uxoris liberatum uel ultum. Irrumatre:nam uxor erat fellatrix.

Mollis:Sertorius siculus erat.Is lingebat cunnos.Martia.ait philoctete oli fuisse pathicu: quoniá Venus irata ob mortē Paridis eo pruritu & dedecore hominē affecit:sed ueriſimile ē Sertoriū nō iterfeciſſe Patidē amicū Veneris:Veg filiū ipm Erycē:de quo tantū Venus ſumat ſupplicii ut lingat cunnos:ná Venus hoſtē ulſcifcit turpis amoris deſiderio iniecto. Heros poætica.i. Philoctetes filius Pœantius Ouidius: Nō te pœ antia proles Expoſitū lēnos noſtro cū crimine habetet:non tamen māſit in lēno Philoctetes: ſed cum Her cule uenit inde in Apuliam:ubi condidit Petili am:& unde Appollodoro teſte miſit colonos i Siciliam. Mollis: pathicus: Sic uſta eſt: ideſt ſic ſumpſiſſe ſupplicium dicitur. Eryx:filius Vene ris & Butæ. Ex hoc Sertorio uidetur credibile eſſe Ericem interfectum ab Sertorio:cum ſum pſerit grauiº ſupplicium Venus ut lingat. ſ. cum nos:qđ turpius eſt:q cinædūm ut erat Philocte.

Eryx

Credis te ſatis eſſe uendicatum.
Erras:iſte poteſt & irrumere.

De Sertorio, ſiculo lingente cunnos.

Mollis erat:faciliſq uiris pœantius hæros.
Vulnera ſicparidis dicitur ulta uenus.

Vimine: Cocta in delitiis erat romanorum ea decocta dicebatur refrigebat niuibus:ut gra tior eſſet iune.Frigidior geticis petitur decocta pruinis:hoc eſt q conqueritur his uerbis: Ply. Ad frigidas potus uas petit i nubila.i.in niues. Id fuit inuentum Neronis propterea ipſe quaſi peculiari inuento carens ingemiſcit apud Tran quil. Hæc eſt decocta neronis:nunc erant ſatur nalia:mittebant xenia.i.hoſpitalia munera ami cis:Mittit coli niuariū hoc epigrāmate. Colum niuariū erat ſaccus ex uimie pānoue und uinū aut aqua decocta attenuebatur: ut eēt frigidior de hoc plura in diſtichis:Ply.Hi niues illi glati em potāt pœnaſq montiū i uoluptatem gullæ uertūt:ſeruatur algor æſtibus cogituq ut alie nis menſibus nix algeat: decoquunt alias quas mox & illas hyemant. Tēpore Saturni in ſatur nalibus cuſtodia:tempus. Clauſa ſepta:& cōpacta

Cocta Decoc te

Vimine clauſa leui niuеæ cuſtodia coctæ.
Hoc tibi ſaturni tempore munus erit.
Dona quod æſtatis miſi tibi menſe decembri:
Si quereris raſam tu mihi mitte togam.

Ad claſſicum. Palamonem scan. inco

Q uod ne carmine glorior ſupino:
Nec retro lego ſotalem cinædum
Nuſq̄ græcula quod recantat echo:
Nec dictat mihi luculentus athis:

leui uimine: Toga raſa: æſtiuo tēpore utebantur: hoc nas coctæ quod mittitur appellabat colū niuariū ideſt in quo depoſitis niuibus refrigerabatur decocta.

Quod nec in Palæmonem ſcribit,qui ut lectores carminum illecebris alliceret:uerſus magno labore cō ponebat:& affectabat in his nouitatem numeroru:nam modo ſcribebat ſotadicum carmen modo infe rebat uerba græca:modo coliambum edebat:ait poeta inſani eſſe hominis laborare in iocis: & q̄rere remo tiores numeros:ut nouitatis Veneri:& lepore deſectat ſe negligere huiuſmodi laborē:neq uelle q̄rere mul titudinē lectorum tantis laboribus:& tam moroſa cura. Tam malus:propterea malus poēta: q nō gloriar.

Carmie ſupino ideſt molli & eneruato. Sotadē cinædum oratio cinædica originē habuit a Cleomacho pugile:qui in cinædi cuiuſdam & ancillæ:quæ a cinædo alebatur amorem incidit:cinædicoſq motes & ora tionem eſt imitatus Sotades Primus elaborauit hoc ſcribendi genus:poſtea Alexander æthoſus:ſed hi pu ra tātū oratione poſtea Lyſias cantum adhibuit.Ennius hoc genus carminis uſurpauit cyprio boui meren dum dictum carmen a ſotade autore cinædum ea de cauſa quā diximus de cleōaco ſupra:hoc carminis ge nus cum poeta damnet urbaniter iocatur ſcilicet non legere retro carmen cinædicum alludēs quod cum ci nædicum ſi ante non debet legi. Cinædum ſotadē.i.nō utor eo carmine:quo ſotades auctor oratiōis cinæ dicæ uſus eſt. Echo græcula.i.uox græca inſertan.i inſerebāt poetæ uerba græca carmini:ut maior eſſet le posſid tanq nimiū molle rephenditur in Lucilio Pitholeus rhodius non pbatur:q ſæpius græculas uoces inſeruit:hoc agit Martia.ſed raro & apte. Echo græcula:ideſt reboatio & pronunciatio græcula.

GEO. Nec retro lego ſotadē cinædū Nuſq̄ græcula q̄ recantet echo. Nec dictat mihi lu.at.Mollē de bi.cho. Ebrii.hoīs uel i totū deſipiētis uerba uidentur:uix.n.itelligo ad qđ ptineat Cleomachi pugilis. Sota dis:& Alexādri ætholi de Strabōe repetita hiſtoria:nec ité quæ ſit urbanitas:aut qđ ioci acumē.Si hoc pacto iocat poeta ſe nō legere retro carmē cinædicū:alludēs qđ cū cinædicū ſit ante nō debet legi niſi forte rē pacto pudiciſſimam ſignificare uult hic interpres id quod tantū abeſt a ſenſu poetæ:quantum chalderinus ab ob ſcæno ſermone nonq abſuit.Quod ſic eſſe iam docebo ex maximis & clariſſimis tam græcis q̄ latinis ſcri ptoribus.Quintilianus in nono oratoriarum inſtitutionem Plericq enim ex cōmiſſuris eorū uel diuiſioe luiſſe A ſtra tenet cælum mare claſſes:area meſſes hic rettorſus ſit ſotadeus Dionyſius alicatnaſeus de cō poſitione ſcribens reciprocū hūc uerſum ſotadicū ait:& docet uerſus quoſdā Home.poſſe recurrere núc in ſeipſos nunc in alios ſecundum poſitionē pedum Diomedes grammaticus de ſotadicis in hunc modū tra dit.Trimeter heroicus eſt:reciprocus uerſus apud neoteros Talis Nolo liber tua prædicētur acta:Acta præ dicentur tua liber nolo uerſus ſotadicus eſt ex utraque:ſed durus ut poſſet ad recurſum conuenire ſotadi co reciprocus alter huiuſmodi eſt:eſſe bonus ſi uis cole diuos optime panſa:Paſa optime diuos cole ſi uis

bonus esse. Hic in procursu Exametet est in recessu sotadicus reciproci generis metrū inuenerūt otia curio sa:de quo uersu idem plura Seruius in centimetris reciprocus heroicus in sotadicū est quotiēs in fine scissio nis sotadicum facit. Sotadicū cōstat rimetro a catalectico trochiaco:ut est ire cupis si rus mala uites somnia q̄ so:quaeso somnia uites mala rus si cupis ire reciprocus iambicus in elegiacum est quotiens a fine scansionis elegiacum facit:ut est nūcant nitore tecta sublimi aurea: A urea sublimi tecta nitore micant. Dicit ergo poeta se non scribere, sotadicos uersus qui procurrentes unius generis sint recurrentes uero aut retrouersi diuersum aut idem metrum conficiant.

Mollem debilitate choliambon.
Non sum classice tam malus poeta:
Q uid si per graciles uias petauri
Inuitum iubeas subire ladam:
Turpe est difficiles habere nugas:
Et stultus labor est ineptiarum.
Scribat carmina circulis palæmon
Me raris iuuat auribus placere.
In Phœbum qui dicat puellas ardere sui amore cum habeat os nantis sub aqua iocatur cū ardore & aqua hic erat pallidus & turgidus.
Dicis amore tui bellas arderé puellas:
Q ui faciem sub aqua phœbe natantis habes.
In Mamercum poetā parui momenti.
Nil recitas: & uis mamerce poeta uideri:
Q uicquid uis: esto: dummodo nil recites.
In Gaurum uitiosum.
Q uod nimio gaudes noctem producere uino
Ignosco: uitium gaure catonis habes.
Carmina q̄ scribis musis & appolline nullo
Laudari debes: hoc ciceronis habes:
Q uod uomis antoni: q̄ luxuriaris apici:
Q uod fellas uitium dic mihi cuius habes?
Ad Q uintilianum.

¶DO. Choliambō in carmie iābico magna est acerbitas: quali usus ē Bibaculus ifensus in primis Catoni grāmatico Archilochus eodem genere usus est: postea fuit excogitatū a molliorib⁹ poetis ut diffracto rigore iābico: alterum genus ifti⁹uereť: qđ iābicū erat: sed fractū: unde dictum est claudus iambicus.

¶GEO. Mollē debilitate: coliambon hic im ploro doctos omnes tam grǽcos q̄ latinos ut il li suis uocibus: hi uero feſtiuo poetæ opem ferant: quādo nō puersa: sed iprudentissime falsa hic temerarius grāmaticus in iactura bonæ: lit teræ: pcipiat. Choliabus græce dicitur nō exco gitatus a molliorib⁹ poetis iābicus uersus: sed ut ephestion autor est q̄ i ultimo pede hēat exitū claudū: nam cū rectus iābicus semp ultimā ba sim iambo aut pyrrhichio terminet: & tria tpa hēat choliabus & hipponacteus dispondeū su mit cuius tēporibus uideat supabundātem basim hēre: sed hic attēdite diligenter studiosi q̄ ia dicā: choliabō hac in pte minime legēdū est: q & idē scazon dicit & mordax est: ut apud Mar. le, gimus: sed galiabō: de cuius uersus genere grāmatici ita diuerſuerunt. Diodo. galiambō metrū quod apud Mœce. tale est: A des inquid o cybel le: simile est illi Vice ueris & fauoni. Hēc ergo cō ma superiori simile esse: nisi amisisset ultimam syllabam galiambon aliud ex hoc ipso factū ei si millimū esset: nisi q̄ ut eneruatius fieret & molliꝰ secūda aut tertia ab ultima syllaba in duas breues geminata est: & factū tale latus horreat: flagello: comitū chorus ululet si eēt sic comitū chorus ululet esset illi simile fera mōtiū dea. Cetera: huic mero tō qđ eneruatū dicimus: simile ē illud neoterico: qđ est tale: Rutilos recide crines: habitū, cape uiri hoc est simile illi de quo pauloāte disputauimus qđ fuit tale latus Horreat flagello comitū chorus ululet. Ser. de eodē. Galiābicon cōstat dimetro iābico a catalectico: & anapesto: uel spondeo cū duobus iābis: ut est Tenera recti spat aura tremulos sinus fteti cōtra sentētia suā poetā dicere: si coliābon legerimus: quādo plurima epigrāmata claudio iābo cōficiāt uideaturq; respōdere petēti claudio cur comata sotadica aut galiambum molle & eneruatū non conficiat. Cæsus nimi: in hoc epigrāmate chalderinus fuit: aut magis insānissimus.

¶DO. Athis: ut alii sentiūt nomen proprium poetæ est: q̄ nusquam repperi: sed ut puto Athis hic puer amatus a Cibelle ponitur pro molli & eneruato poeta: nā & ipse mollissim⁹ fuit sectis testibus: q̄ nod alibi indicat Martia. cum ait: Et cōcubino mollior celeneo: de eodem carmine Persius Claudere sic uersum dicit bere cinthius athis. Petauri: dicti agiles hoies a sub delphine: ut Maternus scribit. Marcellus petauristas appellat & alios esse putat: sed materni interpretatio cum Martiale conuenit. Lada: cursor fuit Alexandri uelocissimus. Sensus est poetæ: possum esse bonus poeta etiam si non sector numeros sotadicos & coliambicos: quæ admodum Lada cursor omnino velocissimus erat: etiam si nō immitteret se per circulos: quod poterant agere petauri: de Lada scribit Solinus in colectaneis: & eiusdem meminit. Cat.

Athis
Petauri
Lada

Dicis: deridet phœbum: qui dicebat puellas ardere sui amore: cum habeat os nantis sub aqua iocatur cū ardore & aqua hic erat pallidus & turgidus.

Nil. Mamercus male scribebat. Dummodo nil recites: ideſt ne offendas nos tuis ineptiis.

Quod gaurus: gaudet ebrietate: Cato uticensis: cuius uirtus: ut Horatius: non nunquam incaluit mero: quāuis Plutar. id uelit uideri accidisse non catonis ebrietate: sed magna negociorum cura. Nullo apolline. i. nullius muſis. i. sine gratia appollinis & muſarū. Hoc cice. quia male scribebat carmia. Antonius accusat a Cicero. q̄ nomerit i senatu multis uicibus. Luxuriaris: Nā Apitius multas mitiadas: ut græci scribunt luxu cōsūpsit. Quod fellas. q. d. i multis aliis uitiis habes autores i fellatione quē hēs: ita locat in turpē hominē

Coliambus
Rectus iābicus
Scazon

Quintiliane

Quintiliane moderator:nã ut ipse scri.xxiii. annos eruditedis iuuenibus ipendit. Docuit et nepotes Domitiani. Primus Romæ mercedẽ publicam e fisco accepit: ut scribit Eusebi. Vagæ:iuuenturis.Romanæ togæ:nobilitatis & iuuentutis. Propero uiuere pauper:q̃ spretis diutiis indulgeo animo: nec inutilis anni: inuti lis annis dicunt: qui nullã partẽ annoꝝ in uera uita:idest animi relaxatione & quiete ponunt.

Nemo uiuere satis properat.i.adeo anni labũtur citoꝫ ut nõ possimus uideri nimium ꝓperare ad uerã uitã.i.qetẽ.q.d. nemo pôt reprehendi: q̃ nimium tpis uelit dare quieti.Imagines: maiorum qui aliqd præclari gesserant:collocabantur in atrioꝫ ut apud Silium exponimus.Rudis herba.i.herba sine ullo condimẽto:uel iparatus hortus. Verna seruus.i.habeam tantũmodo un de possim alere seruum. Coniunx non doctissi ma:& suue.doctam coniugem scribit molestam q̃ uoluit Palæmonis artẽ.Ita descripta est Epicuri uita:quam poeta maxime probat.

Regespetit a Domitiano ius trium natorum quod q̃ habebãt:cũ aliquid populo uiriti diuidebat:his dabatur portio pro tribus liberis alẽdis:in lege agraria testat hoc Appia. Hoc ius in Pisauro est in monumentũ & laudẽ auctore Dionysio:trium orationũ q̃ tergemini pugnauerũt aduersus Curatios albanos & pro imperio romano. Claudius ẽt dedi mulieribꝰ ius quatuor natorum. Quo sospi.i. saluo & saluo. Fortũa uexat. qa nõ hẽbat tres filios. Credat:qa nõ erat: & Ply. scri. se a cõpetitore supatũ: q̃ ille ius triũ natoꝝ hẽbat ꝓter alia ornamenta:nã q̃ id ius habebant:anteponebatur carentibus liberis.

Natorum:o uxor iam ualebis ideſt discedes.

Munus domini: nõ debet perire: quia debeo esse cõtentus munere cæsaris:& nõ debeo quærere amplius liberos. Plus pudoris:ideſt si in medium non uenit.

Liber tertius Ad lectorem.

h

Oc tibi qcqd.i.lõgo tedio urbis discesserat Martialis in Galliã cisalpinam:unde hũc librũ mittit:nam quod ait secũdo uersu: Gallia romãæ nomine dicta togæ:ego de Gallia cisalpina itelligo ob tertium epigrammaex quo satis discitur inde mitti librum.Primum lectorem alloquit: & indicat ubi liber sit compositus: neque se mirari ait si fortasse plus placeat superior qui compositus fuerat in urbe:quoniam quæ domi nascuntur gratiora sunt externis. Romanæ togæ alludit ad Galliam togatam:quæ ab Ancona incipit:cum ut puto uelit indicare Galliam cisalpinam.Romanæ. Tu legis hunc:nam hunc mittebat librum in urbem. Liber uerna: ideſt natus domi in urbe. Vincere gallũideſt qui mittitur ex Gallia. Vincere:gratia superare.

Cuius:alloq̃ librũ& hortat eũ ut sibi paret patrociniũ aduersus obtrectatores & laudat Faustinum. Cuius uis fieri mu.i.cui uis mitti:amita tio Catulli: Cui dono Lepidũ nouũ libellum.

Quintiliane uagæ moderator summæ iuuencæ:
Gloria romanæ quintiliane togæ.
Viuere quod propero pauper nec inutilis annis
Da ueniam. properat uiuere nemo satis.
Differat hoc patrios optat qui uincere census:
Atriaq; immodicis arctat imaginibus.
Me focus & nigros non indignantia fumos
Tecta iuuant: & fons uiuus & herba rudis.
Sit mihi uerna satur: sit non doctissima coniunx
Sit nox cum somno: sit sine lite dies.

91. Ad Cæsarem Do.

Rerum certa salus terrarum gloria cæsar.
Sospite quo magnos credimus esse deos.
Si festinaris totiens tibi lecta libellis
Detinuere oculos carmina nostra tuos:
Quod fortuna uetat fieri permitte uideri
Natorum genitor credar ut esse trium.
Hæc si displicui fuerint solatia nobis.
Hæc fuerint nobis præmia: si placui.

92. Ad Vxorem.

Natorum mihi ius trium roganti
Musarum precium dedit mearum.
Solus qui poterat ualebis uxor
Non debet domini perire munus.

93. Ad Regulum.

Primus ubi est inquis: cũ sit liber iste secundus.
Quid faciã si plus ille pudoris habet?
Tu tamen hunc fieri si maius regule primum
Vnum de titulo tollere iota potes.

M. Valerii Martialis Liber Tertius.

Ad lectorem de libro Gallicano.

Oc tibi qcqd est lõgis quis mittit ab oris

h

Gallia Romanæ nomine dicta togæ
Hunc legis & laudas librum fortasse priorẽ:
Illa uel hæc mea sunt quæ meliora putas:
Plus sane placeat domina qui natus in urbe est?
Debet enim gallum uincere uerna liber.

2. Ad librum suum.

Cuius uis fieri libelle munus?
Festina tibi uindicem parare:
Ne nigram cito raptus in culinam

Vindicem parate: ideſt defenſorem Tegas cordillas: hi uerſus ſunt apud Perſium aliis numeris: Scombros metuentia carmina nec thus. Cordillæ: iidem piſces ſunt qui thimni: nam thimni ſimul ac nati ſunt matrem ſequuntur autumno redeuntes ex ponto in magnum mare: cordille dicitur cum ſe immerſerint cœno pelamides πῆλὸς enim latine cenum poſt annum appellatur thimni. Cordillas piſciculos. Papyro madida: nam negligetæ papyri in hunc uſum adhibebantur: ſiue ſcriptæ eſſent damnatis carminibus: ſiue non ſcriptæ: ſed tunc erat illud genus papyri: quod emporeticum dicitur deprauata dictione apud Plinium amphoreticum. Cuculli: ſegmen thuris & piperis uenditi. Fauſtini: alibi meminit. Sapiſti optimum cœpiſti conſilium. Cedro: oleo cedrino: quod ſeruabat chartas. Luxurieris: ideſt luxurioſe orneris umblicis pictis. Index titulus coccum mittebat Gallia præcipuum: licet Pidia & aliæ prouinciæ mitterent: unde ueſtes coccinæ fiebant præcipuo colore ingẽti prætio.

Cordil læ Pelami des Thimni

Cordyllas madida tegas papyro
Vel thuris piperiſq; ſis cucullus:
Fauſtini fugis in ſinum ſapiſti.
Cedro nunc licet ambules perunctus
Et frontes gemino decens honore.
Pictis luxurieris umbilicis.
Et te purpura delicata uelet.
Et cocco rubeat ſuperbus index:
Illo uindice nec probum timeto.

Illo uendice: patrono Fauſtino. Probum: Probum poſuit pro feueriſſimo caſtigatore: Nam M.V. Probus emendandis libris ſoli: nec ulli alii grammatices patri deditus: reliquit non me diocrem ſiluam obſeruationum ſermonis antiqui.

Val. Probus

3. Ad Librum ſuum:

Romam ualde liber. ſi ueneris unde requiret:
Aemiliæ dices de regione uiæ:
Si quibus in terris: qua ſimus in urbe rogabit
Corneli referas me licet eſſe foro.
Cur abſim queret breuiter te multa fatere:
Non poterat uane tædia te fere togæ.
Q uando uenit dicet: tu reſpondeto poeta
Exierat ueniet cum cytharœdus erit.

Romam: alloquitur librum: duæ erant uiæ æmiliæ: altera quæ flaminiã excipiebat de qua hic loquitur. Altera quam ſtruit Scaurus per Piſas & lunam in Sabatios uſq;. Forũ Cornelii mutato nomine nunc Imola dicitur. Fatere dicitur: ideſt nimis multa paucis uerbis. Vane togæ: uel uarie: quia ut ſcribit inter togatos ambulabat: ideſt inter ambulones: exquo nihil accipiebat: quod eſſet libero homine dignum: & propterea togam: togã uanam dixit: uel uanæ togæ Romanorum togatorũ: quia uariis & nullius emolumenti erant in ciẽtes: Placet prior ſententia. Exierat poeta: ideſt quoniam erat poeta exiuit. Cum cytharœdus erit redibit: quia cytharœdi in precio ſunt Romæ: nõ poetæ. ita figurate tempora ſua notat.

Forum Corne lii

4. Ad Eundem.

Vis cõmendari ad librum iterum. An: unuſ multis ſatis erit: hoſpites dicuntur amici extranei propterea ait: Tu nõ eris iulio amicus extraneus: ſed popularis & ex ipſa urbe. Nomen in meo ore quia eũ ſæpe celebro carminib⁹ meis

Lux tibi: Marcellinus die natali patris depo-
suit primam barbam: ait Martia. duplicem esse
causam celebrādi diei: quod eo & pater natus,
fit: & filius deposuerit primam barbam lanugi-
nem nam lanugo hæc deponebat magna cele-
britate conuiuiorum & ludorum & iudiciū erat
uitæ initæ uirilis ætatis. Hæc prima: hoc die na-
tus est pater tuus. Libat: id est decidit quia depo-
suisti primam barbam. Illa dies: licet dederit io-
cundam uitam patri: quia eo natus est nūquam
præstitit amplius quā quod reddidit te uirum.
Vel patri: accipe absolute ut dicat: nullus pater
plus accipit ab eo de die: ut & natalem suum ce-
lebret & deposītam filii lanuginem.

Cētum: Domitianus sportulas substulit: da-
bantur autem centum quadrantes pro sportu-
la his qui una lauabantur: quod supra indicauit
Dat baiana mihi: latus Martia. & insulsās diui-
tibus: qui exigua sportula interdum cibo: comi
tes conducebant ait eos nō debere amplius spe
rare comites exiguo cibo: sed esse recto & legi-
timo salario. Elilus: decoctus aquis balneorum.

O fames amicorum: id est o diuites qui coge
batis amicos esurie tenui sportula. Quid cogita
tis regis superbi: id est diuitiis: ut supra. Tumi
dq; anteambulo regi. Strophārū. potes legere
id est alimentorum: quasi dicat amplius non da
tur cibi in sportulam: quod nō placet: lege stro-
pharūnam Strophæ: præstigie & occultæ frau
des sunt: ut appellet sportellam strophas: quasi
rem fallacem: & cuius dulcedine multi decepti
tempus frustra terebant. Plyni. in epistolis hoc
uerbo utitur: Hic iquit dixi strophas facis & ali-
bi Martialis iam strophā talis abit.

Stro
pha

Thaida: cum luscam & deformem possit ama
re ipse: non habet duos oculos: nam cæcus est.

Constituit: Philomusus prodigus erat: & a
patre accipiebat duo milia singulis mensibus
ne consumeret hæreditatem una prodigalita-
te: postea patet moriens constituit hæredem &
non reliquit duo milia in toto asse: ergo pater
exhæredauit: quia non dabit amplius singulis
mensibus duo milia per omnes dies: quoad ui
xit: uel exhæredauit: quia tātum dedit: ut nihil
moriens relinquere potuerit: quod placet. Ee-
gestas craftina: id est cūm uno die tantum con
sumeres ut in sequenti nihil supereſſet. Ex as-
se: tota hæreditate in qua non erant duo milia
Pater exhæredauit: quia non dabit amplius
duo milia singulis mensibus: ut dabat: sed quā
uiuus illa daret tunc se exhæredabat: quia nihil
inde superfuit.

Vnguentum: corpus mortuorum lauabatur
Ennius Corpusq; lauant frigētis & unguntur tū
fabullus acceperat conuias: & ungeretur ut mo
ris erat. Sed nihil sciditi: ad coeundum. Salsa:
per faceta. Mortuus: quia mortui unguntur &
non comedunt.

Dum: crudus significat cibum non coctum:
Crudus item significat hominem: qui bene nō
cōcoxit. In hoc locatur Martialis accusat auaritiam Neuiæ. Parcis: abstines ab apro: Rúpis: laceras. Hoc
pacto: non apponendo aliquid.

Lux tibi post idus numeratur tertia maias:
Marcelline tuis bis celebranda sacris.
Imputat æthereos ortus hæc prima parenti,
Libat florentes hæc tibi prima genas.
Magna licet dederit iocundæ munera uitæ
Plus nunquam patri præstitit illa dies:

7. De Sportula.

Centum miseli iam ualete quadrantes:
Anteambulonis congiarium lassi
Q uod diuidebat balneator elixus
Q uid cogitatis o fames amicorum.
Regis superbi sportulæ recesserunt:
Nihil stropharum est: iam salarium dādum est.

8. In Q uintum: non oculum.

Thaida quintus amat: quā thaida: thaida luscam.
Vnum oculum thais: non habet ille duos.

9. In Cinnam.

Versiculos in me narratur scribere cinna
Non scribit cuius carmina nemo legit.

10. In Philomusum: prodigum.

Constituit philomusę pater tibi milia bina
Menstrua: perq; omnes perstitit illa dies
Luxuriam premeret cum crastina semper ægestas
Et utiiis essent danda diurna tuis.
Idem te moriens hæredem ex asse reliquit.
Exhæredauit te philomusę pater.

11. Ad Q uintum.

Si tua nec thais: nec lusca est quinte puella:
Cur in te factum distichon esse putas?
Sed simile est aliquid: pro laide thaida dixi:
Dic mihi quid simile est thais & hermione?
Tu tamen es quintus: mutemus nomē amantis.
Si non uult quintus thaida: sextus amet.

12. In Fabullum.

Vnguentum fateor bonum dedisti.
Conuiuis here: sed nihil sciditi.
Res salsa est bene olere: & esurire:
Q ui non cœnat: & ungitur fabulle
Hic uere mihi mortuus uidetur.

13. In Næuiam amasiam.

Dū non uis leporē: dum nō uis carpere mulum:
Et plusquam patri næuia partis apro.
Accusas: rumpisq; coquum: tanq; omnia cruda

Nunq ero sic crudus.i.nunq accidet ut bene nō cōcoxerim nihil edendo:locat in hoc uerbo crudus. Crudus.
Plus credit:Credere est mutuo dare pecuniā Cicero:Per amicos tuos qui ei credidissent. Credere item Credei
est habere fidē.iocas in hoc Martia. Credit:mutuo dat fallit lectorē ambiguitate uerbi lector acceperat cre
dere p dare pecunias mutuo: Martia.acceperat credere p adhibere fidem.nam cæcus q amat:multū credit
Cum sit tam paup quōditerrogatio est quo credit:respōdet Cæcus amat:iccirco multū aliis credit.

Das prouerbium erat apud antiquos in eum qui rem tentaret supra uires teneto te intra pelliculā: hoc

Attulerit nunquā:sic ego crudus ero.

i4. De Tutio.

Romam patebat esuritor tutius:
Profectus ex hispania.
Occurrit illi sportularum fabula:
A ponte rediit miluio.

i5. De Codro.

Plus credit nemo quā tota codrus in urbe:
Cum sit tam pauper:quomodo cæcus amat?

i6. In Cerdonem.

Das gladiatores sutorum regule cerdo:
Q uodq tibi tribuit sibula sicca rapit:
Ebrius es:nec enim faceres id sobrius unq uā
Et uelles corio ludere cerdo tuo.
Lusisti:satis est:sed te mihi crede memento
Nunc in pellicula cerdo tenere tuā.

i7. In Sabidium fellatorem.

Circunlata diu mensis scriblita secundis:
Vrebat nimio sæua calore manus.
Sed magis ardebat sabidi gula: protinus ergo
Sufflauit buccis tercq quaterq suis
Illa quidem tepuit:digitosq admittere uisa est
Sed nemo potuit tangere:merda fuit.

i8. In Maximum.

Perfrixisse tuas questa est præfatio fauces:
Cum te excusaris maxime quid recitas?

i9. De Vipera in ore ursæ nouercæ.

Proxima centenis ostenditur ursa columnis:

Regule:princes sutorum. Sicca.i.gladius gla
giatorum:ipse gladiator es. Corio tuo.i.pelle Cerdo
tua. Ludere:dare gladiatores. In tua pellicula:
ideſt intra tuā artem.Iuuena.Quondā hi cornicenes & munieipalis harenæ.Perpetui comites:
notæq per oppida buccæ.Munera nunc edunt
& cætera.

Circulata:Dicio hæc deprauata est nouis co
dicibus omni ex parte:in uetustissimis non om
nino:nā uetusti codices sic habent scribit ita qd
ita emendandum censeo scriblita:nam scriblita Scribli
auctore Varrone in menipea est genus cibi lia- ta
dioris:Var.Impone i scrupea scriblitam:hoc nā
gis placet q aut intrita aut sportita:qm ut mihi
uidet uoces sunt altera inusitata:altera nō cōue
niens:neq; sequimur elementa uetustiōq codi
cum in hoc uerbo aptę coagumentati possunt
tñ si placet:sortita est poculum sorbile & cibus
sorbilis.In sabidium scribit fellatorem: & male
olentem cuius flatu scriblita allata mensis malū
cœpit odorem:a scriblita fit scriblitare:quod est Scribli
infirmis & nutantibus gressibus ifistere. Secū to
dis mensis:ideſt inter bellaria. Circunlata diu
quia calebat.

Vrebat manus conuiuarum:ita:ut nō posset
tangi. Merda fuit:propter anhelitum Sabidii
fellatoris male olnit ut merda. Antiquus codex
ut dixi ita habet Circunlata diu mensis scriblita
secundis. Sed qui male emendarunt inuerterūt
pro scriblita uel sorptita uel intrita scribentes.
His commētariis aliorum ineptias diſſimulaui:
quod licuit ubiq. Nam neq; tam dāno libenter
aliena quā mea omnibus probare studeo cuius

consilii adhuc me non pœnituit q uis lacessitum scriblita legendum existimo. Nam scriblita quod ex anti
quis codicibus facile apparet est placentæ genus: quod docet Cato his uerbis in re rustica Scribitam sic fa
cito in balteo tractes caseum. Ad eundem modum facito uti placentā fine melle: coquito, ita leges. Circun
lata diu mensis scriblita secundis.

GEO. Circūdata diu mensis intrita secūdis q̄s te hoc docuit bone uir hoc a nobis profecto impudēs
plagiarie surripuisti. Nā in præfatione plautinæ correctionis in eos inuecti fuimus: q ubi scriblitæ legebat
sublite fecerūt: Sed cum iam manifesto tenearis sentētiam meam, feram: hoc ē nō minus uere & cōmode
intritam hic legi posse q̄ scriblitam q̄n apud Columellam: & Donatum intrita legat ab interendo deductū
nomen: unde Terētius Tute tibi hoc intriuisti totum exedendum est.

DO. Perfrixiſe. Idem sensus est uerbor. Catonis in albinum scribentē historiā: nā Albinus se excusa
uit qd̄ græcus homo scriberet latinam historiā: maluisti inq̄t deprecati culpā q̄ ea carere Perfrixisse nimio
frigore factas raucas. Iuuena. Et si perfrixit bene cantat hic malus erat recitator. Plata
non
Proxima: Platonon locus erat platanis consitus: ut daphnon lauris: hic erat iuxta porticum uipsanā. ha Dapi
bebat feras marmoreas miro sculptas artificio: puer nuper manum imisisset in os ursæ marmoreæ: illic de non
liteſcensis uiperæ morsu periit. Columnis centenis porticus uipsanæ.

Fictæ:feræ marmoreæ. Merſit:miſit. Tentat:palpando experit. In cæco ore.i.intra os latebat. Viue bat:ducebat ſpiritum. Anima deteriore.i.flatu & ſpiritu uenenato. O facinus:ſinul deplorat necẽ pueri & uitam feræ marmoreæ admirat. falſaq; non ere at marmoreæ:ut uidebat: falſa res eſt: quod uidet quaſi dicat erat uipera cum uideretur urſa.

Dic muſa de Canio:& in eum iocatur qui nulla alia re magis occupatus erat q̃ riſu de quo ſupra: Cœpit maxime pana qui ſolebat. Chartis uicturis:ideſt imortalitati. Tempora claudianoꝝ:ideſt claudii & eius maiorum. Hanc hiſtoriam ſcripſit Ply. ſed non extat. Falſus ſcriptor:an laudat ea quæ nõ nul li ſcriptores adulãtes Neroĩ laudarint: hæc duo interrogauit:qm & Neronis & Claudii memoria inuiſa erat domitiano. Æmulator imitando in numeros ducit. Phædr⁹ eximiæ formæ a Platone introducit in eo'dialogo:q ita inſcribit'ubi longa oratiõe & phædri uerbis de amoribus di ſputatur. Laſciuus Canius, i. laſciuiens i elegis.

Phædr⁹

An ſeuerus:ſcribit ne heroico carmine an uer ſat horridus in cothurnis ſophocleis.i. tragico carmine. Schola poetarũ:locus ubi poetæ recitabant. Lepore attico.i.attica puritate & elegãtia. Hinc:a ſchola poetarũ. Terit porticũ:deambulat in porticu. An carpit ſpacia.i.an deambulat i porticu argonautarũ:i cãpo martio an rurſus q̃ alibi ſæpe accedebat. Tepẽtes bu.i.iter buxetum.i.deãbulat ne i porticu Europæ. Titi ther mis nã Tit⁹ thermas cõſtruxerat:an lauat i ther mis Agrippæ. Tigillini:ĩpudici nã p ĩpudicitiã Tigillinus multa a nerone eſt ſecutus quẽ ad oẽ corruperat. Ipſe obſcuris parẽtibus fœda puertia turpi ſenecta apud aq̃s ſinuenſas periit iuſſu Othonis muliebriter:nam ſecuit fauces nouacula. Tulli & lucaniĩduoꝝ fratrum de qbus ſupra. Si lucane tibi uel ſi tibi tulle darent. Pollionis q̃rtũ: q̃rtum nomẽ ꝓpriũ loci amœni eſt ad q̃rtum lapidem. Iam æſtiuo tpe. Nauiculat⁹.i. nauigat:nam nauiculari eſt ociosa cimba uehi.

Tigillinus

Nauiculor

Ridet:ita ante notat' Cœpit maxime pana qui ſolebat. ita ſuſpenſum hactenus lectorem in riſum prouocat.

Proſcriptũ Antiũ Reſtionẽ ꝓſcriptũ. Famus:quem ipſe ĩ cõpedibus & fronte notatũ habebat ſecutus ẽ fugiẽtem:aliis ſeruis diripientibus bona dñi. Is collocatũ dominũ in loco abdito alui: Senẽ in quẽ ciderat iteremit:cõiecitq; in rogũ ardentẽ:oſtẽdit his q̃ uenerãt ad Reſtionẽ capiẽdum illic ardere. Proſcriptũ Reſtionẽ. Inuidia.i.fama dominiq̃ fuerit ſeruatus ab eo ſeruo quẽ ipſe habebat in cõpedibus quẽ frõte ſignauerat. Hiſtoria eſt apud Macrobium.

Dederas: Apitius habebat ſeptẽ milia ſex cõſumpſerat luxu:& cum adhuc cẽtum ſpereſſent ueritus ne poſſet explere gulam ea pecuniauenenum bibit:q̃d fortaſſe a multis poterat lauda ri tanq̃ fortiter feciſſet:ad q̃ Marti.ait nihil potuiſſe fieri guloſius nam cũ cæteri unctæ ſecẽnt ꝑpter gulam ipe q̃d plus eſt bibit uenenum gulæ cauſa. Tu' grauatus:q̃d ſolum. ſ. centum ſupeſſent: Vt tanq̃. Ferres famem & ſitim. i. tanq̃ laborares fame & ſiti bibiſti uenenum.

Apitius

Exornant fictæ qua platanona feræ:
Huius dum patulos alludens tentat hiatus.
Pulcher hylas teneram merſit in ora manum.
Vipera ſed cæco ſcelerata latebat in ore:
Viuebatq; anima deteriore fera.
Non ſenſit puer eſſe dolos niſi dente receptо:
Dum perit: o facinus auſa quod urſa fuit.

20. De Canio *ridente*.

Dic muſa quid agat canius meus ruffus
Vtrum ne chartis tradit ille uicturis
Legenda temporum acta claudianorum:
An quæ neroni falſus aſtruit ſcriptor:
An æmulatur improbi iocos phædri
Laſciuus elegis: an ſeuerus heroꝝ:
An in thurnis horridus ſophocleis:
An ocioſus in ſchola poetarum.
Lepore tinctos attico ſales narrat?
Hinc ſi receſſit porticum terit templi.
An ſpacia carpit lentus argonautarum.
An dedicatæ ſole rurſus europæ
Inter tepentes poſt meridiem buxos:
Sedet ambulatue liber acribus curis.
Titi ne thermis an lauatur agrippæ.
An impudici balneo tigillini
An rure tulli fruitur atq; lucani:
An polionis dulce currit ad quartum:
An æſtuantes iam profectus ad baias.
Piger lucrino nauiculatur in ſtagno.
Vis ſcire quid agat canius tuus? ridet.

21. In crudelem dominum.

Proſcriptum famulus ſeruauit frõte notatus:
Non fuit hæc domini uita: ſed inuidia.

22. De Apitio *ꝑ uen. ꝛc inopia*.

Dederas apici bis tricenties uentri:
Sed adhuc ſuperat centies tibi laxum
Hoc tu grauatus: ne famem & ſitim ferres.

GEO. Dederas Apici bis tricẽ. uẽtri Seneca nſ & Diõ græcus hiſtoricus adeũdi erãt ab hoĩe utriuſq; linguæ:ut de ſe ipe iactat erudito ut luxurioſũ hoc factũ Apitii certo & copioſius explanaret: Seneca ad Elbiã matrẽ hæc ait Apitius nſa memoria uixit:q̃ in ea urbe aliquãdo:ex q̃ philoſophi uelut corruptores iuuẽtu

tis abire iussi sunt: sniam popinæ: pfessus sua disciplina seculi insecit: cuius exitium nosse operæ precii est. Sestertium milies in culinā cōgessisse: cū tot congiaria principū & ignes capitolii uectigal singulariter comessationes suasisset: ære alieno oppressus: rationes suas tūc primū coactus inspexit: super futurum supra sestertium cēties cōputauit: & uelut multa fame uiduras si in sestertio cēties uixisset: ueneno uitā finiuit. Quāta luxuria erat cui cēties sestertium egestas fuit: & qd alii noto petūt ueneno fuit. Dion fere eadē q Seneca de morte Apici tradit nisi q ducentas & cnquagintā myriadas superfuisse ei dicat subductis rōnibus. Ausimq affirmare id esse centum sestertia: q ducentas quīquaginta myriadas.

Summa uenenum potione duxisti.
Nil est apici tibi gulosius factum.

23. In Inuitatorem.

Omnia cum retro pueris obsonia tradas:
Cur non mensa tibi ponitur a pedibus.

24. De Tusco haruspice. *Caprotto d'vrbino*

Vite nocens rosa stabat moriturus ad aras
Hircus: bacche tuis uictima grata sacris.
Quem tuscus mactare deo cū uelet haruspex:
Dixerat agresti forte rudiq uiro:
Vt cito testiculos & acuta falce secaret:
Teter ut immundæ carnis abiret odor.
Ipse super uirides aras luctantia pronus
Dum resecat cultro colla præmitq manu:
Ingens iratis apparuit hernia sacris
Occupat hanc ferro rusticus atq secat.
Hoc ratus antiquos sacrorum poscere ritus:
Talibus & fibris numina prisca coli.
Sic modo q tuscus fueras: nūc gallus aruspex
Dum iugulas hircum factus es ipse caper.

25. Ad Faustinum. *Sabino uxorio*

Si temp erari balneum cupis feruens
Fausti ne: quod uix sulianus intraret
Rogo ualet uti rhetorem Sabineum:
Neronianas is refrigerat thermas.

26. In Candidum. *Lanton.*

Prædia solus habes: & solus cādide nummos:
Aurea solus habes: mirrhina solus habes.
Massica solus habes: & optimi cecuba solus:
Et cor solus habes: solus & ingenium.
Omnia solus habes: hoc me puto uelle negare
Vxorem sed habes candide cum populo.

27. In Gallum.

Nunquā me reuocas: uenias cum sæpe uocatus
Ignosco nullum si modo galle uocas.
Inuitas alios uitium est utriusq: quod inquis:
Et mihi cor non est: & tibi galle pudor.

28. In Nestorem.

Auriculam mario grauiter miraris olere:
Tu facis hoc: gatris nestor in auriculam.

29. In Zoilum. *seruum pessimum equitem,*

Has cum gemina cōpede dedicat cathenas:

CDO. Omniain eum q obsonia apposita cō uitiis retro porrigebat pueris: si inquit Martialis in animo tibi est retro porrigere obsonia debes & mensam parare pueris non nobis. A pedibus: lecti ubi discumbūt pueri. Serui enim ad pedes discumbebant. Alibi: Retroflexus ad pedum turbam. i. ad seruos: & alibi ad pedes ipleti lagœnam. i. ex mensa seruo.

Vitæ nocens: Erat aruspex qui uolebat immolare caprum Baccho sed qñ carnes hirci fetent nisi castrentur: iussit ut rusticus resecaret testes capti. Apparuit hernia haruspicis rusticus eā resecuit. Stabat: ut mactaret & placebat deos. Rosa: cor rosa uitæ. Aruspex tuscus: qui e tuscia uenerat: nam e tuscia uenerat haruspicina. Teter odor: ideſt nocēs odor hircor. Hernia pellis testiculoꝝ. Iuue. Quibus scendi frigidus æuo Laumedontiades & nestoris hernia possit. Aras: uirides e cespite. Rusticus secuit hernia haruspicis putauit hūc esse ritum sacroꝝ.

Si temperari: locat in Sabineū rhetorē: q tātū uentū emittebat podice: ut posset refrigerari balnea calidissima: Iulianus amabat balnea tepida.

Prædia: in Candidum qui nihil dabat amicis: & uolebat oia solus habere de quo supra est cōquestus. Cādide κοὐκἀξίων sed nō habebat uxorem solus: cui insultat hoc epigrammate.

Solus habes. i. nihil ex his das amicis: sed solus oibus tuis rebꝰ uteris ꝓter uxorem Iuue. Gētis uitio nunq partitur amicum. Solus habes. Myrrina: ua sa mittebant ab orientē: & a nō nullis locis parthoꝝ: sed ꝑcipua ex acarnania erāt distincta maculis: nōnulli dixerūt myrrinū eē humorem concretū sub terra unde hæc uasa ducebantur. Massica. i. falernū. Cecuba optima. i. uina opimiana. Myrria

Nunq: idem ferme sensus est supioris epigrāmatis. Inuitas nullum nisi cū quō cōtra lauaris.

Reuocas: ad cœnam. Inuitas alios. i. draucos.

Mihi nō est cor: decepit lectorem: nam uidet dicere nihil nō est cor hoc est prudentia quia te inuito: cum intelligat nō est animus ad te pedicandum. Nec tibi pudor: fallit item lectorē: uidet enim dicere qa me non inuitas at intelligit quia uis pædicari.

Auriculam: in Nestorē fellatorem qui cū gargiret in auricula Marii male olebat auricula ꝑp grauēodorem Nestoris. Alibi eodem sensu de ampulla unguēti in cunnilingum: q cū eam olfecisset dixit poeta factam esse gatum.

Has: in Zoilum scribit: q ex seruili cōditione peruenerat ad equestrem dignitatem.

Saturne tibi:in saturnalibus ut Appolodorus scribit Saturnus q toto ano fuerat in cōpedibus soluebat Papi.in saturnalibus uocat saturnū:Satur.mihi cōpede lex soluta:cū Mar.uelit oñdere zoilū fuisse seruū nūc in saturnalibus scribit distichō:quo ait zoilū dicare cōpedē saturno:Dedicat tibi has cathēas:Cū gemia cōpede ēs appellat ānulos priores sed nūc hēt ānulos eōs tres:nā zoilus ex seruo factꝰ erat eques At cathenæ fuerant ei fugitiuo priores annuli.Reoge aūt uincula quum soluti essent & seruorum dicabant Saturno ea tōne qua supra dictū de cōpedibus Saturni.

Saturne tibi zoilus annulos priores.

Sunt tibi:in Ruffinum q obiectanis artibus & uili ministerio peruenerat ad ingentes diuitias & q̄si fuæ cōditiōis oblitus amicos iam cœperat aspnari monet Mar.eū nō oportere efferri diuitiis cum ampliores Didimus spado & Philomelus cytharœdus sint consecuti.q.d.& ti diues sit nō tñ eius conditionem mutarit:& aboleri potuisse. Multa iugera.i.hēs:multos cāpos. Vrbani.i.tuæ ædes occuparunt multa iugera soli amplitudine sua.Contra Martia,de casa sua:Et casa iugeribus nō onerosa suis:Numerosæ arcæ plene.i.habes multos debitores obæratores. Aurea mensa.i.honusta uasis aureis. Didimus:spado fuit:q suppositæ aliis uxore ingētes diuitias est adeptus.Alibi:Si spado didimus & corrosus nō eēt. Philomelus cytharœdus: nam φιλος amicum significat.μελος, cantum:alibi latius meminit.

Didimꝰ

Philomelus

Ad Ruffinum.

Ruffine fatum

Sunt tibi confiteror deffusi iugera campi:
Vrbaniq; tenent prædia multa lares.
Et seruit dominæ numerosus debitor arcæ:
Sustentatq; tuas aurea mensa dapes.
Fastidire tamen noli Ruffine minores:
Plus habuit didimus: plus philomelus habet.

Ad Gargilianum.

Gargiliane

Sportula:nulla dat' gratis cōuiua recumbis
Dic mihi quid romæ gargiliane facis?
Vnde tibi toga'est?& fuscæ pensio cellæ?
Vnde datur quadrans?unde uir es chionesq?
Cum ratione licet dicas te uiuere summa:
Quod uiuis:nulla cum ratione facis.

Sportula:ad Gargilianum:quē extrema inopia laborātem iterrogat quō iuuat q̄uis inqt dicas te uiuere summa cum ratione tamē adeo es inops:ut uiuendi nullā rationem habaes. Nulla sportula datur:quia sublata est a Domitiano: nam Domitianus sportulas usum ad rectas cœnas redegit. Tu recumbis:cōuiua gratis.i.sine ulla alia mercede:nam qui olim sportulam accipiebant nūc una alia mercede data. Vnde est togula harum usum ad rectas cœnas redegit.i.uñ habes togulæ pcium. Vnde es uir chiōes.i. uñ habes ut soluas coitū meretricis.Inuen.Et dubitas alta chionen deducere sella.Licet dicas te uiuere cū summa ratione.Intelligebat Gargilian⁹.

In Matriniam decretum.

Matrinia decernitur

Non possum uetulā quereris matrinia possum
Et uetulam:sed tu mōtua:non uetula es.
Possum hecubā:possum niobē:matrinia: sed si
Nondum erit illa canis:nondum erit illa lapis:

De Piscibus sculptis

sculptura

Artis phidiacæ toreuma clarum
Pisces aspicis:adde aquam. natabunt.

In Fabianum amicum uetulum sed nondum decrepitum.

Fabianꝰ uetulꝰ sed nondum decrepitꝰ

Quod nouus & nuper factus tibi pstat amicus
Hoc præstare iubes me Fabiane tibi:
Horridus ut primo semper te mane salutem:
Per medium q; trahat me tua sella lutum.
Lassus & in thermas decima uel serius hora
Te sequar agrippæ cum lauer ipse titi.
Hoc per triginta merui fabiane decembres:
Vt sim tyro tuæ semper amicitiæ.
Hoc merui fabiane toga tritaq; meaq;
Vt nondum credas me meruisse rudem.

Quuod:ad Fabianum amicū ueterē:quē & fi iam diu coleratus nō habebat mitiorē.Præstare hoc tibi.i. officia quæ exigis a nouo amico. Horridus:incultus:nam qui,pperabant ad salutādum:nō poterant se cōsere.Iuue.Ligula dimittere. Agrippæ.M.Agrippa habebat thermas. Thermis:Titi Vespasianisquas celeriter extruxit. Per.xxx.decēbres:idest.xxx.annos. Vt semp tyrio.i.nouus miles. Toga mea trita:& consumpta:& mea quā nunq; meruisti. Meruisse rudē tractū est a gladiatoribus:nam gladiatores ingrauescēte ætate rude donabant.ut apud Hora.in epistolis:& Iuue.quā rude accepta nō cogebant amplius pugnare:sed publica alebant pecunia:Sensus est putas me nō demeruisse rudem:ut me alas sine officio.

Phidias

Artis:Phidias sculptor atheniēsis claruit minoribus simulachris sculpēdis. Toreuma.i.quicunq; uasa sculpta laudant pisces hoc distico in uase sculpto Adde aquā natabūt adeo bene sunt sculpti:& laudat pstātiam sculpturæ.

Rudis

Irasci:irato Fabiano ex superiore epigrammate ait Mar.amicos diuides uel sine causa solere irasci pauperibus:nō:qa id sit honestū:sed qm̄ utile ē:Nihil enim'postea dant. Foelices diuites nostris.i.tātum scitis irasci. Iuuat hoc facere:quia nihil possea datis amicis quibus estis irati.

Quæ te causa:interrogat Sextum quare ueniat in urbem:&'ostendit bonum uitū nihil certi habere unde uiuat. Triplici foro triplex enim forum erat i urbe latinum romanum:& uetus nec potest alludere ad tria fora dicendi:qbus oratores utunt nā prior sententia melior est,& plane cōfirmata. Tuta neutri: hoc ē neutri potuisset tuto credi'pēsio domus uel tota.i.neuter tm̄ habuit:ut tota pensionem soluere posset. Hinc ex causis. Pagent carmina.i.compōnam carmina. Gelidis lacernis:ideſt tritis la cernis. Atria magna:magnoq principū. Ista res:colere atria. Certū est uiuere Romæ.i.decreti & cōstitui uiuere Romæ. Casu:fortūa & nō certo ſtitutoꝛ:nāboni uiri officiū ſpcio nō ē nec certū bono uiro ſſidiū ē sed malis Mali igit certo ꝓmio uiuūt bōi pēdēt ex casu ut aliqd ass quant'nā bonaꝫ artiū nullū ē certū ꝓmium. Foruꝫ triplex

Mutua:Thelesinus magnus uolebat uideri cū dues ter quinquagena mutua dedisset.Mar. ait eum nō esse magnum uitum:q̄ det mutuo sed esse magnum q̄ restituat.q.d.plus esse q̄ a paupere ter quinquagena restituantur q̄ quod dentur mutuo a diuitie. Quod recipis:quia restituo diuiti hinc nostra sententia confirmatur. ut pusilli a Mar.dicantur qui nihil dant amicis. Gaure pusillus homo es:nā hic uolebat magn uideri quia daret.

Lomento:Lomentum de farina fabæ hoc loco intelligo.De cādido ꝓcrea medicamine qd ex argento fiebat lomentū dicebatur:auctor est Ply. Polla:hoc medicamīe linebat uētre:ut puella uideret'potes inqt expolire uentrē lomēto unde alii fortasse qui cunnilingi sunt alici possunt ad cunnum tuū lingendum ego autē non uiscabo illic labra:non enim sum cunnilingus: de lomēto in distichis.Propterea consulit Mar. ut lomentū omittat:Alibi idē est sensus. Non linis labra mihi hoc est non propterea ego illic admouebo labra ubi linerentur& uiscarentur. Lomen tum

Ingenua:ait Martia.in puella optanda nō tam hēre rōnem nobilitatis & cōditionis q̄ formæ:& inqt nō tā opto puellam ingenuæ conditionis q̄ formæ.ingenui dicuntur quorū maiores non seruiuernnt nec ipsi. Ingenuam.i.ingenuæ conditionis. Libertina:libertinus dicitur qui habuit maiores seruos ipse liber & secundo loco opto libertinam postero ācillam: sed seruatutraq̄ uincet & libertinā & ingenuam:si fuerit pulchra:ex Epicuri sententia ex proxima uoluptate tangi contempta inani laudis specie. Ingēuꝫ Libtinꝰ

Digna tuo:Chion significat niue: unde hæc mulier dicta ē chione ait Mar.eā qdē esse Chionem:quia nigra est & nō candida ut nix. Frigida.f.in coitu:nam blanditias nō habebat. Chion

Inserta: Mentor argēta celando maxime claruit Ply.Iune. Raræ sine mentore mēsæ.i. sine poculis mētoreis. Laudat'artifex qui sculpsit lacertam in poculo argēteo. Inserta.i.insculpta phialæ.Ply.de Stratonico sculptore. Quiq; satyrum in phiala grauatum somno collocauisse uetius q̄ celasse dictus est Stratonicus. Mētor

35 In irascentes amicos.

Irasci tantum fœlices nostri amici:
Non belle facitis:sed iuuat hoc facere.

36 Ad Sextum.

Quæ te causa trahit:uel quæ fiducia romam
Sexte quid aut ſperas:aut petis?de refer?
Causas inquis agam Cicerone disertius ipso:
Atq; erit in triplici par michi nemo foro.
Aegit a testinus causas & ciuis:utrunq;
Noras:sed neutri pensio tuta fuit:
Si nihil hinc ueniet:pangent carmina nobis:
Audieris:dices esse maronis opus.
Insanis:omnes gelidus quicunq; lacernis
Sunt tibi:nasones:uergilioſq; uides.
Atria magna colam:uix tres aut quattuor ista
Res aluit:pallet cætera turba fame.
Quid faciā sū de:nā certū est uiuere romæ:
Si bonus es:casu uiuere sexte potes.

37 De Lycori.

Iliaco similem puerum faustine magistro
Lusca lycoris amat:q̄ bene lusca uidet.

38 In Thelesinum.

Mutua quod nobis ter quinquaginta dedisti:
Ex opibus tantis:quas grauis area premit.
Esse tibi magnus thelesine uideris amicus:
Tu magnus quod das.imo ego:quod recipis.

39 In Pollam.

Lomento rugas uteri quod condere tentas:
Polla tibi uentrem non mihi labra liuis:
Simpliciter pateat uitium fortasse pusillum:
Quod tegitur maius creditur esse malum:

40 Qualem puellam uelit.

Ingenuam malo:sed si tamen illa negetur:
Libertina mihi proxima conditio est.
Extremo est ancilla loco.sed uincet utrunq;
Si facie nobis hæc erit ingenua.

41 Ad Chionem.

Digna tuo cur sis indignaq; nomine dicam:
Frigida es:& nigra es:non es & es chione.

42 De Lacerta celata.

Ducta:efficta. Viuit:adeo bene sculta est.
Et timetur argentū:quia tam bene sculpta la certa est:ut uiua uideatur & nocitura.

Mentiris:Licinus canus tinxerat capillos ait Martia.eum quidem posse fallere aspectum hominum:sed non posse decipi senectute:uel Proserpina:quæ exactā ætate detraet medicamina illa nigra eius capiti. Ingeniose medicamen id Iud poeta appellat laruam. Mentiris iuuenē.i. simulas te esse iuuenem. Tam subito coruus ideſt niger tanq̄ coruus.

Personam:quam medicamine simulas. De trahet: nam & si uideris iuuenis: quum senex fuerit moderis. Hominū aspectus falli pōt natu ræ lex non pōt.

Occurrit:accusatur Ligurinus quod male & intempestiue recitet:adeo ut cum bonus uir sit ea sola de causa fugiatur ab hominibus.

Quacūq; uenis est fugaideſt quacunq; uenis oēs fugiunt. Quid sit scire.i. cupis scire cām.

Nimis poeta es.ſ.nimium uis uideri poeta recitando. Periculosum:q̄ molestum oibus.

Dypſas

Dypſas:genus serpentis:cuius morsus hoiem siti necat. Medio sole: ex plaga meridionali:qa illic sunt grauiora uenena:uel perusta medio so le qm̄ perpetuo apricatur. Scorpius improbus uenenosus.

Piſcina

Piſcina:locus erat domi:ubi frigida lauaban tur. Docet hoc Cice. Latiorē inquit piſcinā uo luiſſem:ubi iactata brachia nō offenderēt. Vir bonus:hoc.n. unum uitiū occupat oēs.

Fugeritſin fabulis dicit solem auertisse cursum ne sceleratam Thiestis cœnam iſpiceret:ut filii appositi ab Atreo fratre fuerunt. Fugimus ne cogar audire te recitantem. Tace.i.nihil recites:alibi poeta in cœna iocūda pollicet nō affaturum crassum uolumen.

Omnia quod scribas:in Coſconiū q̄ æmulatione scribendo: epigrāmatum cum Martiale certabat. Illius epigrammata modo accusabat:q̄ longa essent:cui respondet poeta Coſconi qui longa putas:modo dānabat q̄parum pudica essent:ait poeta ſe laudare Coſconii epigrāmata:q̄d legi poterant uirginibus & pueris ige nuis:cum nihil inesset obſcœnum:ſua tñ nō ee oino repudiādacum a nequioribus & laſciuioribus puallis legantur.q.d.plures eē qui ſua legant q̄ Coſconii ob eum pruritum q̄ omni pagina est. Nulla mentula.i. nulla mentio mentulæ. Vacat luxuria.i.ſine pruritu. Nequā laſciui. Faciles:laſciuæ: Torquet:q̄ tangit libidine.

Exigis:Ad candidum amicum quē cum nō comitaret Martialis mittebat ei libertū ait poeta plus in ea re:ideſt comitando ei libertū posse præſtare q̄ ipſe ualeat:qm̄ ipſe ſit ad seruiliamunera ineptus:ait tamen ſe oſa ei pſtitus: quæ libertus pſtare nō poterit:hoc est laudem & amor talitatem. Operam togatam.i.togati hominis nam anteam:bulones erant togati.

Inſerta phialæ mentoris manu ducta
Lacerta uiuit: & timetur argentum.

48. In Licinum canum

Mentiris iuuenem tinctis lycine capillis:
Tam subito coruus qui modo cygnus eras.
Non omnis fallis:ſcit te proſerpina canum
Perſonam capiti detrahit illa tuo.

49. In Ligurinum poesim recitantem

Occurrit tibi nemo quod libenter
Quod quacunq; uenis fuga est & ingens
Circa te lygurine ſolitudo
Quod ſi ſcire cupis: nimis poeta es.
Hoc ualde uitium periculoſum est
Non tigris catulis citata raptis
Non dypſas medio perusta ſole.
Nec ſic ſcorpius improbus timetur.
Nam tantos rogo quis ferat labores
Et ſtanti legis: & legis ſedenti.
Currenti legis: & legis cacanti.
In thermas fugo: ſonas ad aurem.
Piſcinam peto: non licet natare.
Ad cœnam propero: tenes euntem:
Ad cœnam uenio: fugas cedentem:
Laſſus dormio: ſuſcitas iacentem.
Vis quantum facias mali uidere?
Vir iuſtus probus innocens timeris.

50. De Eodem.

Fugerit an menſas phœbus cœnāq; thyeſtis:
Ignoro: fugimus nos lygurine tuam.
Illa quidem lauta est: dapibuſq; inſtructa ſupbis
Sed nihil omnino te recitante placet.
Nolo mihi ponas rhombum mullūue bilibrem:
Nec uolo boletos: oſtrea nolo tace.

46. Ad Coſconium epigrammata publicum

Omnia quod ſcribis caſtis epigrāmata uerbis
Inq; tuis nulla est mentula carminibus.
Admiror: laudo: nihil est te ſanctius uno:
Ad mea luxuria pagina nulla uacat.
Hæc igitur iuuene: nequam faciles q; puellæ
Hæc ſenior: ſed quem torquet amica: legat.
At tua coſconi: uenerandaq; ſanctaq; uerba:
A pueris debent: uirginibuſq; legi.

47. Ad Candidum

Exigis a nobis operam ſine fine togatam:
Non eo libertum: ſed tibi mitto meum.
Non est inquis idem: multo plus esſe probabo:

Vmbone.i.obiecto corpore suo pro umbone. Mugiet.i.clamando sæpe te laudabit. Lis erit:si habebis item:faciet conuitia. Clamabit:in aduersarium tuum. Quicquid:immortalitatem ꝑpter meos uersus.

Capena grandi:Ridet Bassum euntem ex urbe onustum fructibus rusticanis. nam rus sterilissimū eme rat solius amœnitatis ꝓcio:quāuis inquit censeam eum uenire in urbem non uenit:sed uadit rus: nam rusticarum rerum copiam in rus afferebat:quæ a rure in urbē solent:Pluit grādi:gutta propter fontes:unde & fontanalis dicta est & fontanalia:ideſt sacra fontium illic fiebant coronatis pueris:& fontibus : auctor est Pompeius:illic erat preterea ſaxum quod cum romani uellent impetrare pluuias a Ioue in urbem ferebant:dicebatur manalis:auctor Festus Iuuenalis Madidamq; capenā. Almo:fluuius est ad portam capenam quo ſimulacrum Cibeles lauabatur a facerdotibus:& lotam patuo reuocant almone cibelen. Lucanus. Lauabantur præterea cultri ſamii quibus galli furentes ſcarſe digladiabantur:quam uis eſſent famili:tamen a poeta ferrum dicitur:ut ſupra etiam:Demens cum ferro quid tibi:cum de cultro ſamio loque retur. Horatiorum: Horatii tergemini ob pugnam aduerſus Curatios ad hāc portam ſepulti nomen dederunt:ut porta capena tergemina eſſe diceretur. Herculis ſanum illic erat templum Herculis:auctor Macrobius: quem nunc puſillum appellat quoniā Domitianus appella batur:Hercules maior:alibi Maior quæ gefferit audi:hoc eſt Domitianus Hercules maior.

Fonta nalia

Almo

Horatii

Vix ego lectica ſubſequar:ille feret.
In turbam inciderís:cunctos umbone repellet.
Inualidum eſt nobis:ingenuumq; latus
Quidlibet in cauſis narraueris ipſe tacebo:
At tibi tergeminum mugiet ille ſophos.
Lis erit:ingenti faciet conuitia uoce.
Eſſe pudor uetuit fortia uerba mihi.
Ergo nihil nobis inquis præſtabis amicus
Quicquid libertus candide non poterit.

De Baſſo. et ſimilia ſequi.

Capena grandi porta qua pluit gutta
Phrygiumq; matris almo qua lauat ferrum
Horatiorum qua uiret ſacer campus:
Et qua puſilli feruet herculis ſanum:
Fauſtine plena baſſus ibat in rheda.
Omnis beati copias trahens ruris.
Illic uideres frutice nobili caules:
Et utrunq; porrum:ſeſſileſq; lactucas:
Pigroq; uentri non inutiles betas.
Illic coronam pinguibus grauem turdis:
Leporem læſum gallici canis dente.
Nondumq; uicta lacteum faba porcum.
Nec feriatus ibat ante carrucam
Sed tuta foeno curſor oua portabat?
Romam petebat baſſus:immo rus ibat.

De Ollo ædificatore.

Pauperis extruxit cellam:ſed uendidit ollus
Prædia nunc cellam pauperis ollus habet.

In Inuitatorem.

Veientana mihi miſces ubi maſſica potas
Olfacere hæc malo pocula quam bibere.

In Lygurinum.

Hæc tibi non alia eſt ad cœnam cauſa uocandi:
Verſiculos recites ut lygurine tuos.
Depoſui ſoleas:affertur protinus ingens.

Fruticosa

Lactuca Lactucarum genus

Betæ

Origanum

bat ut tantum recitaret carmina ſua. Origanum:hærba eſt quæ poſt uiceſimum diem pullulat initio men ſæ dabatur.

¶GEO. Depoſui ſoleas:affertur ꝓtinus ingēs:inter lactucas oxygatūq; liber:hic ignorās quod eſt oxygatū:dixit:& interpretatus eſt origanū:nec animaduertit quātitatē ſyllabæ:Nā origanum græca eſt dictio corripitq; primā:& ſecundā producit:ut apud Nicandrum legimus:cuius uerſus de theriacis ſubiicia ἠὲ τὲ καὶ ῥα κἀλέεσθον ὀρεῖ γανόωντα μιῴῃσι πόωσι σίνηκαὶ ὀνόῳ πόα τ᾽ἀλείλῠθο ῥεῖ γανόων ἀράτῃ εὐυβρίσῃ

Oxygarum

Oxigarum uero acutum garum:hoc:eſt ex aceto confectum interpretamur:& in principio menſæ apponi ſolebat:ut apud Aetheneum legi.

CDO. Morantur:ſeruntur. Secunda menſa.i.nondũ ſecũda mẽſa uenit:& tertius liber recitat:iocat cũ ſecundo. Aprum:ſi totiẽs apponis mihi aprum:ego faſtidirem. Et putidus:putidũ putabo. Scõbri:piſces erãt ſulphurei:coloris:ex hiſpana ſpertim mittebant:uẽdebãtur cucullo papyraceo. Scelerata:qa moleſta.

Cum:Galla formoſo corpore uolebat uideri:dicebat qſe poſſe placere magis mudam eius uanitatem tegarguit. Mar. urbanitate.

Empta:Tongilianus ducentis nummis em ptam domum amiſerat incẽdio:mos erat apud romanos ut urbis damno affectis ob aliquod i cendium pecuniam afferrent:nunc Tongilianus decies centena acceperat:cum tãtum ducẽta amiſſet in domo cremata:nonnulli domos combu rebantut collata pecunia plus aliquid lucrarẽtur. Iuuena. & merito iam ſuſpectus tan quam ipſe ſuas incẽderit ædes. Caſus nimium frequens:ideſt incẽdium quod ſæpe accidit in urbe. Collatũ decies:quia habes decies cẽtena.

Et uultu:Pœnitet poetam habuiſſe rem cum Cloe:ũ tam male dederit:ait qmelius ſibi fuiſſe maſturbari:q ſubagitare tale ſcortum.

Tota te poteram cloe carere: ideſt poteram maſturbari melius:

Ciſtertia:Rauenna inter paludes condita la borabat penuria aquarũ copiam habebat uini pluris aqua uẽdebatur uinum. Malo.i. magis opto. Calidus caupo uenditor uini. Impoſuit mihi:ideſt decepit me. Miſtrum uini:ideſt dilutum uinum:nam carior erat aqua. Lege ſtrabonem de paludibus illic & de uinetis.

Quod quacunq; Gellia uolebat uideri bene olere multis unguentis:cum alioquin eſſet turpis:Martialis iquit aliud exigitur a te:exigitur enim forma. Coſmum:unguentariũ. Nugis peregrinis.ideſt rebus fucoſis externis. Cinama fuſa:lapſa p terrã. Sic:eo pacto quo tu oles.

Baiana:Villam emerat Fauſtinus in qua te rum ruſticaq; nulla copia deſiderabatur. nã omnia affluebant. Inuidioſe poeta ſingula munera commemorat:ut tanto magis uillam. Baſſi de rideat:in qua nihil præter arbores ſteriles & amœnas uiſebatur: adeo ut quotiens in uillam ſe conferret Baſſus:quæ a rure eſſent petenda il luc afferret:derius eſt ſuperiore epigrammate. Baiana domus:ruſticana ad Baiaſ. Otioſis myrtetis:ideſt ſterilibus:uel otioſis ad otium in re quiem comparatis. Platano uiduata:ideſt ſterili ſine fructu:platani erant in uſu apud romanos: uel in uilla uel in hortis urbanis ad umbras inambulationũ quem uſum docuerũt Athenæ: il lic enim primum uiſæ ſunt platani. xxxvii. cubi torum umbris luxuriantibus in philoſophorũ ocio. Propterea Iuuena. cum de recitatione poematum loqueretur ait: Fronton ſ platani con, uulſaq; marmora clamant:quoniam ut ſupra dictum eſt earum arborum umbræ ad otium literarum primum ſunt inuentæ. Buxus in delitias uenerat romanorum adeo tõſis foliis in uatias animalium formas redigeretur: propterea appellatur tonſilis. Ingrata:ſterilia.

Platanus

Inter lactucas origanumq; liber.
Alter perlegitur: dum fercula prima morantur.
Tertius eſt: nec adhuc menſa ſecunda uenit
Et quartum recitas: & quintum deniq; librum:
Putidus eſt totiens ſi mihi ponis aprum
Q uod ſi non ſgõbris ſcelerata poemata dõas
Cœnabis ſolus iam lygurine domi.

52. Ad Gallam.

Cum faciem laudo: cũ miror crura manuſq;
Dicere galla ſoles: nuda placebo magis.
Et ſemper uitas communia balena nobis:
Nunquid galla times ut tibi non placeam?

53. Ad Tongilianum.

Epta domus fuerat tibi tongiliane ducentis
Abſtulit hanc nimiũ caſus in urbe frequens:
Collatum eſt decies: rogo non potes ipſe uideri
Incendiſſe tuam tongiliane domum.

54. Ad Cloen.

Et uultu poteram tuo carere
Et collo: manibuſq; cruribuſq;
Et mammis natibuſq; clunibuſq;
Et ne ſingula perſequi laborem.
Tota te poteram chloe carere.

55. Ad Gallam.

Cum dare non poſſim: quod poſcis galla rogãte:
Multo ſimplicius galla negare potes.

56. De Caupone Rauennate.

Sit ciſterna mihi q̃ uinea malo rauennæ:
Cum poſſim multo uendere pluris aquam:
Callidus impoſuit nuper mihi copo rauennæ:
Cum peterem muſtum. uendidit ille merum.

57. In Gelliam.

Q uod quacũq; uenis coſmũ migrare putamus:
Et fluere excuſſo cinãma fuſa uitro.
Nolo peregrinis placeas tibi gellia nugis.
Sic puto poſſe meũ: ſic bene olere canem.

58. De Villa Fauſtini.

Baiana noſtri uilla baſſe fauſtini
Non ocioſis ordinata myrtetis:
Viduaq; platano: tonſiliq; buxeto

Spatia ſolum latum & amplum: ſenſus eſt uilla fauſtini: nõ eſt ordinata ut occupet magnum ſpatiũ ſola amœnitate. Vero rure: ideſt uera ruſticitate. Barbaro inculto: horrido. Hicin uilla Fauſtini farta ceres ideſt congeſta. Autũnis ſenibus: ideſt maturis fructibus. Fragrat. bene olet. Teſta: antiqui ſeruabãt uuas & fructus in teſtis: ut Plyni. Varro & Collumella ſcribunt. Putator uitium. Seras: tardas: ideſt uuas dura cinas & ſerotinas: quia ſero matureſcunt. Imminente bruma: ideſt incipiente hyeme. Prurit: ardet in pugnã. Fronte inermi: nondum cornutus. Cortis: cors uel coors eſt ſpatium illud domi ubi ſeruantur altilia tamẽ hoc pro parte domus, pertur per ſincopã. Cors

Ingrata lati ſpatia detinet campi.
Sed rure uero barbaroq; lætatur:
Hic ſacra præmitur angulo ceres omni:
Et multa fragrat teſta ſenibus autumnis:
Hic poſt nouembres imminente iam bruma
Seras putator horridus refert uuas.
Truces in alta ualle mugiunt tauri
Vitulusq; inermi fronte prurit in pugnam.
Vagatur omnis turba ſordidæ cortis
Argutus anſer gemeiq; pauones.
Nomenq; deditq; rubentibus pennis:
Et picta perdix: numidicæq; guttæ.
Et impiorum faſiana colchorum:
Rhodias ſuperbi fœminas premunt galli
Sonantq; thures plauſibus columbarum:
Gemit hinc pallumbus: inde cæreus turtur.
Auidi ſequuntur uillicæ ſinum porci:
Matremq; plenam mollis agnus expectat:
Cingunt ſerenum lactei focum uernæ
Et larga feſtos lucet ad lares ſilua
Non ſegnis albo pallet ocio copo.
Nec perdit oleum lubricus palæſtrita.
Sed tendit auidis ræthe ſubdolum turdis.
Tremulaue captum linea trahit piſcem.
Aut impeditam caſſibus refert dam mam:
Exercet hilares facilis hortus umbras.
Et pedagogo non iubente laſciui
Parere gaudent uillico capillati.
Et delicatus opere fruitur eunuchus
Nec uenit inanis ruſticus ſalutator.
Fert ille cæris cana cum ſuis mella:
Metamq; lactis faſſinatæ de ſilua
Somniculoſus ille porrigit glires.
Hic uagientem matris hiſpidæ fœtum.
Alius coactos non amare capones:

Anſer

Varro uentrum profert figuratum. Anſer: argutus clangore quod epitheton meruit excitatis uigilibus capitoliis: anſer autem in corte ſeruabatur ob iecur: nam ut alii Scipio ut alii Metellus: ut nõnulli. M. Seſſius primus docuit iecur anſeris optimi eſſe ſaporis. Gẽmei pauones: ideſt picti in ſpecie gẽmarũ: quos gratos eẽ dixit Ho. Quoniam multo uenierant auro. Et picta pandant ſpectacula cauda deridẽs uanitatem gulæ romanæ. Debet nomẽ: ideſt qua fortita eſt nõmen a pennis rubẽtibus auis: hoc eſt phœnico pterus: ná φοῖνιξ κόπτερος latine ſignificat purpuram: & aliam. habẽt enim alas purpureas: huius linguá eſſe grauiſſimi ſaporis & cibi primus oſtendit Apitius a ceſſo inter mediores aues numeratur. Perdix picta: maculis diſtincta. Numidicæq; guttæ: ideſt gallinæ numidicæ guttatæ: de quibus Papi. Quas udo numidæ legunt ſub auſtro. In diſtichis: anſere romano quis ſatur Hánibal eſt ipſe ſuas nunquná barbarus edit aues. Illud dicit: quoniam hæ aues in cannas fuerant aſſumptæ nouiſſimis tẽporibus: ædem dicũtur meleagridis ſi Plinio credimus: ſed Columel. diſtinguit aitq; numidicas habere criſtã rubram meleagrides cæruleã: cum dicitur aſra auis: hæc itelligitur: Iuue. Nec latus aſræ nouit noſter tyrũculus: Hora. Non aſra auis non attagen ionicus. Erant autem gallinæ hæ guttus diſtinctæ. Colchi: patria Medeæ, pterea impii dicuntur impietate Medeæ. Phaſiani: a phaſi fluui. colchorũ. Rhodias fœminas: gallinæ rhodiæ, ſtantiores aliis habebantur. Galli, mũt: calcã: periſterionesideſt turres columbarum.

Anſer
Phœnicopterus
Numidicæ
Meleagrides
Phaſianus
Periſteriones

Gemit: gemere proprie columbi eſt. Turtur cærus. i. pinguis. Porci auidi: eſurientes. Villi cæ: mulieris. Plenam: plenis uberibus redũdãtẽ lacte. Luteis: ſordidi. Larga ſilua: copia ligno rum. Lucet: ardet: conijcitur in focum. Albo ocio: ſine labore & controuerſia: uel albo ab effectu: quia reddit hominem album curis. ut ſupra: Viuat in urbanis albus & officiis. Palæſtri tæ: erant qui ludebant palæſtræ: & ungebantur & habebãtur in familia. Non perdit oleum: ſed aliquid, agit. Subdolũ rete: ideſt doloſum: quia retia ad dolum tẽduntur. Auidis turdis: cupidis ciborum ut ităelligas eos falli eſca. Trahit piſcem: linea filo & hamo: ná ea dicitur linea & lineola. Caſſis: galea: ſed hoc loco inſtrumẽtũ ligneum: quo feræ capiũtur. Impeditã: ideſt captis pedibus. Facilis nõ magni laboris & curæ. Hilares: amœnas. Pedagogo: ideſt nõ indigẽtes pedagogo: ut urbani pueri. Eunuchus: qui item erat in familia delicatus. Fruitur ope: aliqd agit et iam ipſe inanis ſine muneribus: ut in urbe. Cana mella: albentia cũ cæris: cũ fauo. Metáq; lactis: ideſt lac coagulatum recentem cauſeum. Saſſina: patria Plauti lacte abundabat. Silius: Saſſina diues lactis ſilua faſſinatæ: ideſt e paſcuis faſſinæ. Glires: dormiendo creſcunt. Hiſpidæ matris: ideſt ædum filium capellæ. Capones nõ amare coactos ideſt caſtratos. Texto ciſtro: caniſtro. Grandes uirgines: adultæ. Probatum: ſimplicium.

Dona matrum uerbũ est rusticanæ puellæ:quæ munera matris semp affert:placet magis: exponas oua gallinagenut etiã alibi apud hũc poetã. Facto ope lætus: nã gestire facto ope rustici est. Craſtinas mẽſas:cõ tra illud:Explicat & cœnas unica mẽſa duas. Oẽs uesçuntur:non reiectis ſeruis: ut in urbe fit:quod laudat etiam in ſaturna Domitiani papi. Vna ueſcitur oẽs ordo menſa. Miniſter ſatur:hic iu uilla. Non nouit inui dere:quoniam & ipſe ſatur eſt:liuue.de ſeruo in urbe:Ecce alius quanto porrexit murmure panẽ. Attu ad hoc ſpectant:quæ ſupra dicta ſunt. Famẽ:uillã ſterilem. Mundam:lautam & amœnã. Lauros meras.i.ſo las lauros eſſe ſinẽ fructu. Furẽ:qa nihil eſt qđ eripi poſſit. Vinitoré uilicũ:noluit dicere uilli cũ:quia uila nõ erat. Farre urbano:allato ex ur be. Otioſus:relaxatus curis. Pictã:nõ naturalẽ

Cerdo

Sutor: Cerdo dederat munus gladiatorum quod ſupra dixit poeta. Is erat bononienſis:nũc fullo mutinẽſis dederat item munus gladiato rum:ſuccenſus Mar.clamat. Cerdo eſt:quicun q; quærit lucrum ex aliqua arte.iccirco ait ſutor Iuuenalis Munera nunc edunt.

Et dona matrum uimineo ferunt texto:
Grandes proborum uirgines colonorum.
Facto uocatur lepus opere uicinus:
Nec auara ſeruat craſtina dapes menſa:
Veſcuntur omnes:ebrioq; non nouit
Satur miniſter inuidere conuiuæ.
At tu ſub urbe poſſides famem mundam:
Et turre ab alta proſpicis meras laurus:
Furem priapo non timente ſecurus.
Et uinitorem farre paſcis urbano.
Pictamq; portas ocioſus ad uillam.
Ollus:oua pullos:poma:caſeum:muſtum
Rus hoc uocari debet.an domus longe?

De Sutore & fullone.

Cum uocor:lata erat lex a Domi.ut ſublatis ſportulis amici ad rectam cœnam uocarentur hac lege coactus Ponticus iam non dabat ſportulam Mar.ſed inuitauit appoſuit autem uiliſſi mos cibos ſibi optimos:Cõqueritur poeta frau dem fieri legi:cum non detur ſportula dari cœ nam a Pontico non meliorem ſportulascum ta men legem tulerit imperator ut melius cœna rent clientes q̃ olim ſolebant acceptis ſportulis. Non tam uenalis:ideſt nõ conducendus ſpor tula:ut ante. Eadem: cœna: ideſt iidem cibi.

Sutor cerdo dedit tibi culta bonon ia munus
Fullo dedit mutinæ:nunc ubi copo dabit.

In Ponticum.

Cum uocor ad cœnam non tam uenalis ut ante
Cur mihi non eadem quæ tibi cœna datur:

Oſtrea

Oſtrea ſaturata lucrino:oſtrea in lacu lucrino depaſta optimum habebant ſaporem:quod do cuit Sergius Orata:poſtea:domita britanniaex eo littore non inferius ſaporis oſtrea mitteban tur:inde ait Iuuenalis:Circeis nata forẽt an Lu crinum ad ſaxum rutupinoue edita fundo. My tylus:de genere polipoꝝ eſt:hic nõ tantum ſer uit gulæ:eſt.n. nullius ſaporis:ſed craſſitudine gigiuaq; & aliis ſordidis ulceribꝰ medet. autor Plynius Sumitur mytilus.i.comedo mytilum.

Oſtrea
Mytilus

Oſtrea
Mytilus

Oſtrea
Mytilus

Cētenis:in Quintū qui magno animo uolebat uideri empta luxuriosa supellectile:ait Martia.hoc nō ē neganeq; pptereā ēt esse magni animi:cum sibi ilā emat:nā magni esset animi ailqd donare amicis:alibi ita Gaurū nihil sibi donantē Gaure pusillus homo es.Sub numa.i.uina uetustissima. Non spaciosa.i.exigua.

Carruca.currus significat.carrucæa autē ex argēto quoq; celabātur:Plynius:Carrucas quoq; ex argēto cælati inuenimus.Nero nunq; paucioribus mille carrucis iter fecisse dicit. Mula:in tāto erat ptio ut poppeæ Neronis uxor mulas habuisse dicat:inductas soleis aureis. carruca

Pretio fundi.i.tāto pretio quanto fundus eme retur. Pusillus aius tuus.i.tu:qui habes animū pusillum propterea fieri pōt hæc non parentur magno aio:placet magis. Quinte aius pusillus qui nihil dat amicis:omnia sibi impendit.Emit hæc:quasi dicat magni animi est donare non sibi emere. In Gaurū:gaure pusillus homo es.

Centenis q; emis pueros & sæpe ducenis:
Q uod sub rege numa condita uina bibis:
Q uod constat decies tibi non spaciosa supellex
Libra quod argenti milia quinq; rapit:
Aurea quod fundi precio carruca paratur:
Q uod pluris nulla est q̄ domus empta tibi
Hæc animo magno credis te quinte parare:
Falleris:hæc animus quinte pusillus emit.

In Cotilum.

Cotile bellus homo es:dicunt hoc cotile multi
Audio:sed quid sit dic mihi bellus homo?
Bellus homo est:flexos qui digerit ordine crines
Balsama qui semper cinnama semper olet:
Cantica qui nili:qui gaditana susurrat
Q ui mouet in uarios brachia uolsa modos.
Inter fœmineas tota qui luce cathedras
Desidet:atq; aliqua semper in aure sonat
Q ui legis hinc illinc missas:scribitq; tabellas:
Pallia uicini qui refugit cubiti.
Q ui scit quam quis amet:qui per conuiuia currit
Hirpini ueteres qui bene nouit auos:
Q uid narras:hoc est hoc ē homo cotile bellus:
Res petricosa est cotile bellus homo.

Cotile bellus homo es. Cotilē Catilū qui cum bellum se appellari gloriatetur:purabat id nomen ad formam tāti & corporis dignitatem pertinere Martia. dicet eū hominē esse bellū q̄ molles & effœminatos mores habeat & cū describit quid sit bellus hō cotilū ridēdo designat. Digerit:componit. Flexos:calamistro. Cantica qui nili:ex omnibus cantilenis mollissimæ erant:& ægyptiæ & gaditanæ ad saltationē & ipudicos motus puellas. Cantica nili.i.ægyptios cantus. Susurrat:leuiter canit. Volsa:depilata. Cathedra:ad fellas fœminarū meretricū. Qui refugit pallia uicini cubiti:pp elegātes uestes:ut supra. Quā uentū spamus manū timet priscus. Currit per conuiuia.i.qui adest ubicūq; fiunt conuiuia.Hirpinus nobilissimus equus fuit uidoriis & maiorū gloria unde natus erat sensus ergo poetæ est ille bellus hō.qui hirpino referēte pmiū discurrit p totā urbē:& narrat unde equus duxerat originē Iuue.Sed uenale pecus corith æ posteritas & hirpini. Petricosa:trica significat tenue & molestū impedimētū:ci ergo poeta uelit ostēdere bellū hominem esse:qui sit occupatus leuioribus in rebus ait bellum hominem esse rem petricosam.i.plenam leuioribus impedimentis.

Ad Cassianum.

Syrenas hilarem nauigantium pœnam:
Blandasq; mortes:gaudium q; crudele:
Q uas nemo quondam deserebat auditas:
Fallax ulyxes dicitur reliquisse
Non miror illud cassiane mirare
Si fabulantem eanium reliquisset.

Syrenas:laudat Canīū gaditanum:cuius confabulationē ne Vlyxem quidem:qui preteruectus est syrenas ait potuisse effugere si adesset: Vlyxes peruulgata historia:cum esset nauigaturus iuxta sedes syrenum admouit cæras auribꝰ sociorum ipse apertis auribus iussit se uinciri ad malum nauis ne suauitate cantus togeretur exire:docuerat id circe ita surdis sociis ipo iuncto malo nauis non flexit cursum quis syrenes noto carmine usæ sint:quod Cice.es Home.trāstulit. Odecus angelicum:qui puppim flectis Vlyxe Homeri longum extat carmen in odissea.

Fallax ulyxes: epitheto perpetum: Vlyxes ab Home.dīπολύτροπος ὀδυσσεύς.i.uarii & multiplicis animi. Hylarem pœnā:nā trahebā tur nauigantes suauitate carminis in scopulos: & naufragium faciebant. Blādas mortes : quia suauitate cātus i mortē trahebant. Gaudiū crudele:quia magno constabat.Non miror:si Vlyxes relinquebat syreness:sed magis mirarer si reliquisset Canium gaditanum poetā. Ante canio suo gades. Vlyxes

Ad Diadumenum.

Q uod spirat tenera malum mordente puella:
Q uod de corycio quæ uenit aura croco
Vinea quod primis floret cum cana racemis:
Gramina q; redolent quæ modo carpsit ouis:

Quod spirat:ad diadumenū:cuius scola mirū modū olere dicit:sed ausritia carpit q̄d.f.auare det ait ergo cū bene oleāt hæc bassia:multo plus habitura suauitatis una facilitate.f.Diadumenus nomen est elegātioris iuuenis:cū hoc ē fictū:cuius effigiē polycletus sycionius expssit molliore iuuēta eaq; uenit cētū sestertiis.Aura.o.uā odor ē aer uapore pcussus. Cana:cū emittet flores.Ouis:multi codices habent apis : ut de thymo intelligas:cuius odor suauissimus est. A uis:de phœnice potes ītelligere:quæ nidos cōstruit ex cynnamo & casia:placet ut legatur ouis:nā frutices uerno tēpore morti su gregis fracti suauem emittunt odorem. Diadumenus

Succinū Electrū

Arabs:messorem arabiæ fœlicis intelligitur:nā casia inde mittebat. Succinū latine electrū dicitur gummi populorum:quod cum candidum est pstantissimū habet odorem:unde Domi. Nero quodam carmine cri nes uxoris succinos dixit:quasi suauissime olentes:succinū prætera est genus unguenti odorati. Eo thu rea.i.fabæo & orientali. Gleba q̄ æstiuo:odor terræ cōmendatus a Ciceron:præsertim in unguētis: ut scri bit ipse in suo oratore:eo loco optimus est:ut antiqui dicebāt:ubi cornua arcus cælestis uidebantur desine re post imbrem:Plyni.auctor. Nardo:cines nardo unguebatur. Sine inuidia:una & sola. Facilitas: plus odoris daret.

Q uod mirtus:q̄ messor arabs:quod succia trita
Pallidus eoo thure q̄ ignis olet.
Gleba quod æstiuo leuiter cum spargitur imbre
Q uod madidas nardo sparsa corona comas:
Hoc tua sæua puer diadumena basia flagrant:
Q uid si tota dares illa sine inuidia:

Par scelus:Ait grauius fuisse scelus Antonii triumuiri:qui iussit interfici Ciceronem q̄ fuerit Photini:qui pompeium iussus necauit photinō id in gratiam Ptolæmei fecit:hic ut sui animi libidinē & crudelitatem expleret Photinus inter eos fuit qui implerūt Ptolomeum ut Pompeum necaret:tamen Achillæ datum est negotium:qui comitem assumpsit septimum:is primus fuit percussor. Phariis armis:ideſt ægyptiis & siccæ ægyptiæ. Vterque:photinus & Antonius. Illud:duo capita habebas roma:altero coronato utebaris:cum triumphabas:altero facundo:cum loquebaris:ingens utriusque laus

In.M.Antonium.

Par scelus admisit phariis antonius armis.
Abscidit uultus ensis uterq; sacros.
Illud laurigeros ageres cum læta triumphos:
Hoc tibi roma caput cum loquereris erat:
Antoni tamen est peior q̄ causa photini:
Hic facinus domino præstitit:ille sibi.

Cessatis:applaudit hoc epigrammate puerisq̄ nauigantibus in Naumachia iter ludos Domitiani.quasi ergo e medio fauore spectātium clamat e ripa naumachiæ. Cessatis:tardi estis ad nauigandum. Refina:genus gummi. Veternus:significat hydropesim. Virgilius: Nectere graui passus sua regna ueterno. Nihil nō stris:ideſt nihil scitis. Ad chorum:spectatorum. Celeuma:clamor nauticus:& hortatio. Tigitis lentos remos:ideſt ignoratis qui uos spectent: nullamq; spectatorum rationem habetis. Aethon:equus solis. Pronoclinato. Exarsit:in meridie. Interiungit:ideſt recreat quiete:nam peruenit ad meridiem. Tutæ:quia nulla potestas excitabatur. Luditis ocium:ideſt abutimini ocio. Argonautas:ambiguitas est uerbi:nā argonautæ possunt dici illi primi qui argo i pōtum deduxerunt:& argonautæ si componātur ab argo quod significat tardum:& nautis significabit nautas tardos.

Death.

De pigris nautis.

Cessatis pueri nihilq; nostis:
Veterno:refinaq; pigriores:
Q uorum per uada tarda nauigantes
Lentes tingitis ad celeuma remos:
Iam prono phœtonte sudat æthon:
Exarsitq; dies & hora lassos
Interiungit equos meridiana:
At uos tam placidas uagi per undas:
Tute luditis ocium carinæ:
Non nautas puto uos:sed argonautas.

Hucē scripturus lasciuiora abigit matronas pudicas præsertim Bassam quæ ignōranti paulo ante Martiali tribadem esse Lucretia uideba tur:in hac parte quæ sequitur gymnasia nume rat ea loca in quibus uiri nudabātur. Stadium. ubi ad cursum & palestram athletæ nudantur.

Ad Matronas.

Huc est usq; tibi scriptus matrona libellus:
Cum sint scripta rogas inferiora mihi:
Gymnasium therme:stadium est hac pte recede
Exuimur:nudos parce uidere uiros:
Hic iam depositō post uina:rosaq; pudore
Q uid dicat nescit saucia terpsichore.

Exuimur:deponemus uestes. Terpsichore musam hāc nominauit:quoniā ei dicatæ sunt choreæ & saltationes:in quibus iam poeta uerſabit Τερπσιχόρη oblector χόρδς chorus: nostra terpsichore. Saucia: madida. Schemate.i. figura periprasis est mentulæ ægyptii primum cœperunt colere pudenda quoniam Osiri inuē to sola uirilia defuerunt:sed ne desideraretur ad honorem sepulturæ: Isis iussit: ut pupenda circunferentur præcedebat inquid Herodotus tibicem sequebantur matronæ canentes diony sia hunc morem acceperet matronæ romanæ & mense augusto mētulā deferebant cum sacrorū pompa in ædem Veneris extra mœnia: & quā uis meretricū esset illud solennē tamen non licebat alicui pterq; matronæ castæ id sacrū tractare & depone re in sinu Veneris. Schemate.i.figura & obscura.

Schemate nec dubio:sed aperte nominat illam
Q uam recipit sexto mense superba uenus.
Custodem medio statuit quam uillicus horto
Oppositā spectat quam proba uirgo manu:
Si bene te noui longum iam lassa libellum
Ponebas:totum nunc studiosa legis.

Ad Ceruinum.

Nunc legis:placet.n.obscenitas:ut supra in cosconium.

Mœchus es aufidiæ qui uir ceruine fuisti.
Riualis fuerat qui tuus:ille uir est.
Cur aliena placet:tibi quæ tua non placet uxor?
Nunquid securus non potes arrigere?

70. In Næuolum.

Mentula cum doleat pueri: tibi næuole culus
Non sum diuinus:sed scio quid facias.

71. Ad Laufellam.

His futui:nec uis mecum laufella lauari:
Nescio quod magnum suspicor esse nefas:
Aut tibi pannosæ pendent a pectore mammæ:
Aut sulcos uteri prodere nuda times:
Aut infinito lacerum patet inguen hiatu:
Aut aliquid cunni prominet ore tui:
Sed nihil est horum:credo pulcherrima nuda es:
Si uerum est uitium:peius habes:fatua es.

72. In Phœbum.

Dormis cum pueris mutonianis:
Et non stat tibi phœbe quod stat illis:
Q uid uis me rogo phœbe suspicari?
Mollem credere uirum uolebam:
Sed rumor negat esse te cinædum.

73. In Gargilianum.

Pfilotro faciem lauas & dropace caluam:
Nunquid tonsorem gargiliane times?
Q uid facient unges?nam certe non potes illos
Resina ueneto nec resecare luto.
Desine si pudor est miseram traducere caluam:
Hoc fieri cunno gargiliane solet.

74. In Lupercum.

Stare luperce tibi iam pridem mentula desit.
Luctaris demens tu tamen arrigere.
Sed nihil erucæ faciunt:bulbiq salaces:
Improba nec prosunt iam fatureia tibi.
Cœpisti puras opibus corrumpere buccas:
Sic quoq non uiuit sollicitata uenus.
Mirari satis hoc quisquã uel credere possit?
Q uod non stat magno stare luperce tibi.

75. In Bassum.

Arrigis ad uetulas fastidis basse puellas:
Nec formosa tibi:sed moritura placet:
Hic rogo nõ furor ẽ:nõ est hæc mentula demens
Cum possis hecubam:non potes andromachen

76. In Bæticum.

Nec mullus:nec te delectat bætice turdus.
Nec lepus est unquam:nec tibi gratus aper.

Mœchus ceruinus repudiauerat uxorẽ qua duxit is q paulo ãte erat mœchus quo facto ipe quoq; habeat rem cum eadem muliere securus nunquid oportet te ire in periculũ ut arrigas.

Laufellanolebat uideri nuda sed tamẽ futui uolebat:inqt Mar.aut est ifulsa:aut est turpissima. Pãnosæ.i.uenali sanguine rugæ:nã pãnæ dicunt maculæ uenæ: eminentiũ. Sulcos uteri.i.rugas. Prominet iterdũ.i. defluunt carnes qđ scribit Celsus accidisse tẽporibus suis principi fœminæ:gbus arefactis ictra paucas horas ex pirauerit. Fatua es.i.insulsa es & nõ habes illũ leporẽ meretricũ &ppterea non uis lauari:nã q insulsa sunt:quo magis lauant:eo fiũt insulsiora. Pannæ

Fatui cibi dicuntur qui carent sale.

Dormis:in phœbum fellatoram. Mutonia tis.i.bene mentulatis:mutuo mentulam significat & apud Hora. Mutoni q renti Lucili: mutoni lachrymas tũ læua abstersit amica. Stat:quia non potes arrigere:erat enim fellator. Muto

Pfilotro:pfilotrũ unguentũ erat ad depilãdũ corpus ex uariis rebus fiebat mõ ex thinni sanguine felle & iecore mõ ex sanguisugis coctis i uase fictili & ilitis aceto:mõ ex aliis:tamẽ ut scribit Ply. euellebant pili:post pfilotrũ adhibebat ne pullularent. Gargilianus:mollis & cinædus faciem & pilos qui succrescentes comis formã capillo: offendunt:unguẽto decutiebat:iocat in hũc poeta ita ut eum oſtẽdat esse mollem. Pfilotra

Calua:significat os capitis:autor est Liui.q scribit caluã detracta carne & crinibus fuisse poculũ barbarorũ diebus festis:hic p toto ore accipitur. Dropax:unguentum ad pilos euellendos Calua

dropax

Nunqd.i.an es adeo timidus ut nõ audeas ferre nouaculã. Vnguis:oino te oportet uti ferro Lutum uenetũ erat terra q ex cypro aduehebat adhibito aceto:&.xl.dieb⁹ sub terra in pacta reducta q postea i solẽ optimũ faciebat pfilotrũ. Traducere:uexare. Cũno:alludit ad mollẽ & cinædũ nũqd ties tonsoré.q.d. tõsoré nõ times sed hoc agis ut diutius fis mollis & pædiceris.

State:State ẽ cõstare:estare ẽ erectũ esse:iocat in uerbo Mar. mentula inqt q ſtabat.i.q nõ arrige bat:nec ſtat magno hoc est cõstat magno põsit.

Eruca:incitat uenerẽ ppea ponebat una cũ lactuca q frigidissima ẽ ut alterius uis alteri tẽperaret. Bulbi:gẽus herbæ capitatæ cuius cũ mul ta sint generatinnũ est qđ epimẽdũ dr opimi in africa saporis:ut locus ille lu.præter ſniam multoꝝ exponat. Et ueteres afrũ epimenida bulbi: incitãt aũt uenerẽi distichis. Cũ sit anus cõiunx & sint tibi mortua membra. Nõ alites bulbis q̃ satur eẽ potes. Salaces:incitãtes Venerẽ. Satureia:eadẽ est q thymbra:incitat Venerẽ: eadẽ ui habet quã nasturtium. Puras buccas:puerorũ. Bulbi

Eruca

Satureia

Thymbra

Non uiuit:fuscitat. Nõ ſtat.i.mẽtula quæ nõ arrigit. Stare.i.multum constare.

Nec mullus:in Bæticum cunnilingum quẽ poeta ex genere ciborũ quibus utebatur aperte ostendit esse cũnilingũ:nã ea tantũ edebat quæ saporem heberent proximũ liquori uuluæ.

Libapanes dulciarii sacris primum inuenti,

Quadra: pars & quadra mensa. Placentæ: panes cinericii ꝙbus utebant antiqui loco mensæ.

GEO. Quadra placētæ quadram panis fructum dicimus: qa olim apud romanos quadrati panes' di-
cerent: Virgilius in moreto: Et notat impressis æquo discrimie quadris: quos panes qdam græci & qdam
celeberrini bomilios dixerunt: pterea si hic prisci Catonis libros legisset pfecto didicisset quo pacto placē-
te conficerent' quo illi requirere poterūt qui delicatiores panes discupiunt.

Alec

DO. Capparin: semen notum. Alec liquamen falsum: Hora. Quo fece ptimus & alec: Ply. Alec iper-
fecta nec colata: erat. n. conditū. Rex coepit tamē
ex inutili pisciculo minimoq confici. Pulpam
non modo carnem sine offibus: sed & sine pin-
gui. Petasone dubio cuius pars iam fetet & ca-
riosa & quod placet: uel dubio idest bono. Ger-
res: ex genere locustarum sunt pisces uilissimi:
& salsi: uide Plynii. xxxii. naturalis historiæ.

Gerres

Melandria

Melandria: pars thinni propinqua caudæ: ui-
lissimæ enim sine pinguinā in thynno ceruix
& abdomen cōmendat. Saprofagis: hoc est eo
medis res fetidas & olentas: nam signifi
eat putridum comedo.

Minxisti: Palinurus gubernator classis troia
næ submersus est numine somni oppressus hic
Palinurus accipitur ob deriuationem græcam:
nam significat iterum meiere io
catur poeta iterum in meientem. Eris palinu-
rus: idest diceris palinurus.

Palinu-
rus

De nullo in apitium esse bonæ linguæ dicit
qui nulli detrahit: contra malæ linguæ dicit: q
lingua abutitur: uel fellatiōe: uel lingendis cun
nis. Quāuis opaci nulli detrahas. Tamen ru-
mor ē te eē malæ linguæ: hoc ē te fellare & cun-
num lingere.

Quid in Bæthicum: qui asciscis testibus & fa-
ctus sacerdos Cibelles cunnos lingebat de quo
supra ait poeta eū non debere sectari muliebria:
qa dum mulieres sectatur uidet' eē uir: quod nō
permittūr sacerdotales leges cybeles. O Bæthi
ce galle. i. castrate. Medios uiros: idest debes fel-
lare ne uir uidearis dū sectaris fœmina. Samia
testa: idest cultro: nā famia terra optima erat cul
tris sacerdotū cybeles: ante satis multa. Castrā-
dum caput est quoniā lingua tanq mētula secta-
ris mulieres. Ore uires: quia lingis cunnum &
pstas officiū uirile lingua. Cōiuia zoili: in zoi
lum mollem plane: & effœminatū: huius pocu
la ebrietatē ructus fellationē describit. Sūmœ
nianas. i. inter meretrices: q summœnianis arti-
ficiis iuxta circū pstrabant. Iuuena. & ad circum
iussas pstrare puellas. Bibat sobrius: cum sitit.
Testa curta: uase mutilato & tracto. Lædæ: me
tricis: q spurca erat: ut alibi: Quod spurce mo-
riens lucerna lædæ. Contendo: affirmauerim.
Hoc. i. cœnare iter meretrices. Galbanatus: in
dutus galbana uestæ mulieb ri. Lecto: triclinii.
Occupato: quē i totum occupabat. Effultus:
sustentatus. Suggerit: dentifcalpia fiebant aut
ex lentisco: aut ex pēna. In distichis: lentiscū me
lius: sed tibi frondes cuspis. Defuerit: dentem
penna lauare potest. Dentrificium autem dice
batur quicquid medicaminis adhibebat frican
dis & terendis dentibus: in quo genere arabius lapis esse dicitur. Pennas rubētes. i. pēnas phœnicopteri.

Dentri-
ficium
Arabi⁹
Lapis
Lentis-
cus

Lentiscus: frutex est semper uiridis: cuius Cicero meminit & Ply. sententiam Cice. refert. Ventilat: lo-
uiter mouet. Aestuanti: sudanti. Prasino uiridi. i. flabello: color prasinus significat uiridis
gnificat uiride: in fra prasinam togam dicet. i. uiridem. Myrrea nirga: indicium libidinis: est enim Veneris

Nec te liba iuuant: nec sectæ quadra placentæ.
Nec lybię mittit: nec tibi phasis aues:
Capparin & putri cepas halece natantes:
Et pulpam dubio de petasone uoras.
Teq; iuuant gerres: & pelle melandria cana
Refinata bibis: uina falerna fugis:
Nescio quod stomachi uitium secretius esse
Suspicor: ut quid enim beticæ saprophagis?

Ad Paulinum.

Minxisti currente semel pauline carina:
Meiere uis iterum: iam palinurus eris.

Ad Sertorium.

Rem peragit nullā sertorius: inchoat omnes
Hunc ego cum futuit non puto perficere.

Ad Picium.

De nullo quæreris: nulli maledicis apici:
Rumor ait linguæ te tamen esse malæ.

Ad Bæthicum.

Quid cum fœmineo tibi bætice galle baratro
Hæc debet medios lambere lingua uiros.
Abscisa est quare famia tibi mentula testa?
Si tibi tam gratus bæthice cunnus erat?
Castrandū caput est: nam sis licet inguine gallus
Sacra tamen cybeles decipis ore uires.

Ad Zoilum.

Conuiua zoili quisquis potest esse.
Sumenianas cœnet inter uxores.
Curtaq; lædę sobrius bibat testa:
Hoc esse leuis puriusq; contendo:
Iacet occupato galbanatus in lecto
Cubitisq; trudit hinc & inde conuiuas
Effultus ostro sericisq; puluinis
Stat exoletus: suggeritq; ructanti
Pennas rubentes: cuspideq; lentisci.
Et æstuanti tenue uentilat frigus
Supina prasino concubina flabello:
Fugatq; muscas myrtea puer uirga.

Tractatrix:utebant hoc remedio antiq:ut Celsus meminit ut iuberēt puer fricare humores:quē Mar. tractatorem appellat & ancillā id facere tractatricem: nā tractare est frequenter tangere. Eunuchus:Spa- do nouit uelit zoilus cū crepat digitis:nāuas uinariū crepitu digitoq; poscebat:ita loquit matella in disti- chis. Cum poscor crepitu digitoq; & uerna morat:O quotiens pellex culcitra facta mea est. Pedū turbam turba pedū dicunt pueri:sqm ad pedes domionoq; discūbebant:ut intelligas superius distichon hoc pacto:

Tracta tor

Tracta trix

Tracta

Percurrit agili corpus arte tractatrix.
Manumq; doctam spargit omnibus membris
Digiti crepantis signa nouit eunuchus
Et delicate suscitator urinæ.
Domini bibentis ebrium regit penem:
At ipse retro flexus ad pedum turbam
Inter catellas ansserum exta lambentes
Partitur apri glandulas palæstritis:
Et concubino turturum nates donat:
Ligurumq; nobis saxa cum ministrentur:
Vel cocta fumis musta massilianis
Opimianum morionibus nectar
Chrystallinisq; myrrinisq; propinat:
Et cosmianis ipse fusus ampullis
Non erubescit murice aureo nobis
Diuidere mœchæ pauperis capillare:
Septunce multo deinde perditus stertit
Nos accubamus: & silentium ronchis
Præstare iussi nutibus propinamus:
Hos malchionis patimur improbi fastus.
Nec uindicare russe possumus sellat.

Omnia cū pueris tradas obsonia retro: Cur nō mensa tibi ponitur a pedibus, i. cur non paras mensam seruis & nō nobis. Pattif glandulas: glandula ps apri iuxta ceruicē eadē dicit glādiū ut est in legib suptuariis: q̄ glādia sincipitia uel rina mēsis itercidūt. Propinat: dat. Nectar: opi mianū. i. uinū opimianū quod nectar uidetur.

Tracta

Tracta

Moriones dicebantur pueri qui simplicitate & fecturitate mentis: seu stoliditate risum domi no mouebant: ducebantur aūt ad mensam diui num. Inde Plyn. cum amicū inuitat: Morionem non habebis. Saxa liguris: idest uina nata in li guria sterili. Fumis massilianis: uina in massi lia gallie artibus officinatū adulterabantur mo do fumo: modo aloe: ut saporem mutaret & co lorē. De hoc uino alibi: Fumea massilie ponere uina potes. Cosmianis ampullis: idest unguē to præciosissimo cosmi. Capillare: idest unguē tum ad capillos inuentum. Mœchæ pauperis quod solebat emi a mœchis pauperibus. Mu rice: ampulla in specie muricis: nā muricū teste unguenta seruabant: Plyni. autor est. Perditus sepultus. Septunce. s. uini. Nutibus: propina mus inuicem. Ronchis: illo sternente. Mal chiones: dicunt molles & enervati oino & luxu perditi: quasi malchiones: nā malcio apud græ cos significat mollē: Hora. inde malacinū dixit Mecœnatē. indicare. i. liberare te a conuiuio: & tedio huius mensæ: quia tu irrumator es: & ade ris qa fellat. Codex antiquus ita habet uersum Nec uindicare te russe possumus fellat: q̄ē placet sensus est: q̄ propositumus.

Mal chiões

Malcio

In Cocli tem.

Vt faciam breuiora mones epigrāmata cocles:
Fac mihi quod chione: non potui breuius

In Tongilionem fellatorem

Q uid narrat tua mœcha: non puellam.
Dixi tongilion: quid ergo: linguam.

Ad Maritum.

Q uis tibi persuasit nares abscindere mœcho
Non hæc peccatum est parte marite tibi:
Stulte quid egisti: nihil hic tua perdidit uxor:
Cum sit salua tibi mentula deiphobi.

Ad castam matronam.

Ne legeres partem lasciui casta libelli:
Prædixi & monui: tu tamen ecce legis:
Sed si panniculum si spectas casta latinum:
Non sunt hæc nimis improbiora: lege.

In Chionem

Narrat te rumor chione nunquam esse fututam
Atq; nihil cunno purius esse tuo.
Tecta tamen non hac qua debes parte lauaris:
Si pudor est: transfer subligar in faciem:

Vt faciam: iubebat cocles Martiali ut faceret breuiora epigrāmata: ipse ait se hæc scribere lon giore carmine: cū paucis uerbis non possit ipe trare a diuitibus aliq̄: ergo si mihi feceris: q̄ facit Chione: idest si dederis silebo: nam ut alibi ait a Chione cōducebat: ut futueret. Nō potui breuius: scilicet dicere tibi ut des.

Quid: Ad tōgilionē q fellator erat: & lingua fellatoris ē mœcha: cū uarias admittat mētulas:

Quis: marite absciditi, nares mœcho ait Mar. oportuisse abscindere mentulā qua peccauerat

Hac parte. i. naribus sed peccauit mētula. Ni hil pdis: laceratis naribus: appellat hūc deiphobū naribus laceratis: alludens ad illud deiphobūq; a: idet lacerū crudeliter ora: Ora manusq̄am, & ē

Narrat: ad chionem: Subligaria dicebatur ue stes quæ coxas usq; ad umbilicum a genibus cō tegebant: his utebant mimi in theatra: lune nalis: Et subligat acci. Chione: hoc induta de scendebat in balnea: si id agit propter pudorem commodius eo posse contegere faciem: nā uul tus pudoris sedes: si tectus fuerit liberi agim quasi ea una tantum pars pudore senciat. In fa ciem: alludit ad deformitatem mulieris: quæ debebat tegi: hic sensus placet.

Subligar

Sunt gemini: lingunt diuersa inguina: qa alter fellat: alter lingit cunnum. Magis: propter hoc. Vult galla: V ult nō uult dare. Calla deformis erat uolebat q̄ futui a Martiale: sed nihil dare uolebat. De formes ait futuuore pretio concilient necesse est. V ult dare. f. coitū: & subagitari a me galla. Nō uult dare. f. pecuniā. Nec possum dicere qd sibi galla hoc est q̄ de causa faciat: hoc est. n. deformis q̄ uult. f. futui: non uult. f. dare pecuniā id est: sensus quodā in disticho alibi. Vis futui gratis cū sis deformis anus q̄. Res pudicula est: uis dare: nec dare uis.

Cum de puero q̄ uoluerunt castrare facerdotes cybeles: sed decepti loco castrarūt senē.

Misitius iunxit iter: gedit se comitē. Gregē: semiuiro. i. sacerdotibus castratis. Neqtia: moribus lasciuoribus. Steriles: sed castrati. Metitur: desinat locum in quo dormiebat. Pluto: sponda lecti. Virgine: iphigenia q̄ eadē ephy, nasa: ut Lucre. & Home. scribūt. Lucretius ipsy naseo turparunt sanguine fœde.

Iphigenia
Iphiasa

Vr̄patian: V xor mea o galle rogat: ut patiar mœchum ad eam accedere ego si deprehēdero mœchū faciā spadonē: quo. f. abutar: non autem eruā duos oculos: aut nares excidam: ut alii faciūt. Mœchū. f. licet. te de hoc gallo supra: Subdola famosa erat. n. gallus mollis & mœchabatur. V num misit castro: & facio spadonem eum quem deprehendam.

Cum in uetustinam decrepita ætate cupientem futui. Trecenti consules. i. cū agas trecentos annos. Pectus cicadæ: aridum & aspeg: ut cicadæ. Stola: uestis mulieg: rugosa. Casibus. i. retibus. Rauenna: in paludibus cōdita & illic multæ ranæ. Garriāt: coaxent. Culex adria ticus: ad littora adriæ. Orthopygium: clunem orthopygium. i. rectum clunem: depygis apud Hora. dicit' mulier fine clune.

Ortopigium
Depygis
Orropigium
Vrropigium

GEO. Et enatis orropygium macræ: in eo arguēdo galeoto iulio poluce nixus urropygiū & orropygium legendū p̄cepi & esse urropygiū terminū pyge fine finem uertebræ: cuius extantia podici emineat. At contra Domitium affere da sunt quæ de urropygio Aristote. scribat q̄ in ultimo de partibus animalium: ut caudam qua drupedum uult eē ita uolucrum urropygium & earū dūtaxat quæ scissas alas habent mirorq; theodorum gazam exactissimæ diligentiæ iter pretem adeo exhortuisse dictionem græcā qua latinus poeta usus est ut maluerit obscura periphrasi hanc partem signare. Sed in libro

hoc est de animalium progressu quorū proprie sit urropygiū & ad quos usus natura fecerit: in hunc modum differit: urropygium ita datum est volucribus ad dirigendos volatus quēadmodū nauigiis temones: ipsum item necessario in coitu flectunt: q̄re quæ integræ sunt alæ & q̄dam scissæ: alatum minus utile ad supradictū opus urropygiū habent: sicut pauones & gallinæ integrā alam simpliciter habentes sine urropygio sunt. Quare uel ut naugium sine temone quoūq; iciderint ferūtur: similiter & quæ alæ uagina continent: ut cantarides & q̄ nudas alas habēt: sed q̄ nō uolāt iis pæne utile est urropygiū: sicut porphyrioni & fulicis & oibus fluuiatilibus q̄ dum uolant p̄ urropygio pedes extendūt: his utunt̄ p̄ urropygio ad uolatū dirigendū: q̄re cū sæpe de urropygio: & usu eius philosophus nobilissim⁹ differuerit: turpe fuit arrogātissimo interpti ei' libros n̄ adiuisse & diligēter ptractasse.

Porphirio
Fulica

87. In Fratres fellatores.

Sunt gemini fratres diuersa sed inguina lingunt
Dicite dissimiles sunt magis? an similes?

88. Ad Phœbum *lipticum*.

Vtere lactucis: & mollibus utere maluis:
Nam faciem duram phœbe cacantis habes.

89. In Gallam *deformem exercen coitum*.

Vult nō uult dare galla mihi: nec dicere possum:
Quod uult & non uult: quid sibi galla uelit.

90. De Misitio.

Cum peteret patriæ Misitius arua rauennæ
Semiuiro cybeles cum grege iunxit iter:
Huic comes hærebat domini fugitiuus achillas
Insignis forma nequitiaq; puer:
Hoc steriles sensere uiri: qua parte cubaret
Quærunt: sed tacitos sensit & ille dolos.
Mentitur: credunt somni post uina petuntur.
Continuo ferrum noxia turba rapit:
Excidunt̄q; senem spondæ: qui parte iacebat:
Nanq; puer puto uindice tutus erat.
Supposita fama est quandā p̄ uirgine ceruā
At nunc pro puero mentula supposita est.

91. Ad Gallum.

Vt patiar mœchum rogat uxor galle: sed unū
Huic ego non oculos eruo galle duos.

92. In Vetustinam *decrep. lasciu.*

Cum tibi trecenti consules uetustina.
Et tres capilli quattuorue sint dentes.
Pectus cicadæ: cruſculumq; formicæ:
Rugosiorem cum geras stola frontem:
Et aranearum casibus pares mammas:
Cum comparat rictibus tuis ora.
Niliacus habeat crocodillus angusta.
Meliusq; ranæ garriant rauennates:
Et adriaticus dulcius culex cantet:
Videasq; quantum noctua uidet manes:
Et illud doleas quod uiri capellarum
Et anatis habeas orthopygium macræ:

Semen cynicum:nam cynici & sordidi & obiphilosophiæ studiū macilenti. Sicut bustuariæ erant anus quæ ad deplorandā funera conducebantur:cum in balnea intrabāt extinguebatur lucerna:uel ne uideret eas deformitas.& balneorum nomini detraheret:uel in contemptum quasi nō eēnt dignæ lucerna. Balneator custos & magister balneorum. Bustuarias mœchas:quæ olim mœchæ fuerant:nā ex genere ad uilia senescentes munera deueniunt. Cum sit tibi bruma augusto mense:ideſt cū frigeas augusto. Exaustis annis non timēt pestilentiam deficiente calore quo pestilentia incendit:Sensus est & si laborares pestilentia non posses calere:nam regelare est contracta gelu dissoluere calore ut apud Columellam Regelare hortos & agrū.Post ducētas mortes maritorum. Prurire quid si farrire uelit saxum farti re ideſt aperire ut placet Varroni: eodē uerbo Catullus utitur:Sensus est si forte uir aliquis cō stituerit animo farrire saxū ideſt futuere te saxū quis posset eum appellare maritū:aut te uxorē: cum philomelus:cui pauloante nupseras senex appellauerit te auiam. Si satyre legis:dicat a satyris:quod mētulam significat. Vnde sathyri dicti proni in libidinem: Macrobio auctore: ut dicas qd si aliquis uelit sathyre.i.attrigere ad saxū: sed placet prior. Exigis:optas. Tum cadauter: te mortuam. Scalpi:nō dixit futui cū nō sit amplius mulier. Acoride triclinio:lectus nuptiarū. Acoris nomē sacerdotis est curantis funerat ut Corinetes apud Virgi. Vstores:ædificatores pyrae: dicebant idem uerbum apud Catullum. Thedæ:cum aqua præferebant nouis nuptiis: unde thedę pro nuptiis aliquādo. Fax.q.d. digna es rogo:non nuptiis.

Bustuarię

Sathyre

Sathis

Coris

Senemq; cynicum uincat ossеus cunnus.
Cum te lucerna balneator extincta
Admittat inter bustuarias mœchas:
Cum bruma mensem sit tibi per augustum:
Relegare nec te pestilentia possit:
Gaudes ducentas nuptum ire post mortes.
Virumq; demens cineribus tuis quæris
Prurire: quid si farrire uelit saxum.
Q uis coniugem:quis te uocabit uxorem.
Philomelus auiam quam uocauit nuper.
Q uod si cadauer exigis tuum scalpi.
Sternatur acoride triclinio lectus
Thalassionem qui tuum dicet solus.
Vstorq; thædas præferat nouæ nuptæ.
Intrare in istum sola fax potest cunnum.

97. In Ruffum.

Esse negas coctum leporem: poscisq; flagella:
Mauis ruffe coquum scindere quā leporem.

94. In Næuolum cinædum.

Nunquā dicis aue:sed reddis næuole semper:
Q uod prior & curius dicere sæpe solet.
Cur hoc expectas a me rogo næuole dicas.
Nam puto nec melior næuole:nec prior es.
Præmia laudato tribuit mihi cæsar uterq;
Natorumq; dedit iura paterna trium.
Ore legor multo:notumq; per oppida nomen
Non expectato dat mihi fama rogo.
Est & in hoc aliquid uidit me roma tribunum:
Et sedeo qua te suscitat oceanus.
Q uod mihi cæsareo facti sunt munere ciues:
Nec famulos totidem suspicor esse tibi.
Sed pædicaris:sed pulchre næuole ceues:
Iamiam tu prior es næuole: uincis:aue.

95. In Gargilium.

Lingis:non futuis meam puellam:
Et garris quasi mœchus:& fututor.
Si te prendero gargili tacebis.

96. Ad Ruffum.

Ne legat hūc chione mando tibi ruffe libellum
Carmine læsa meo est:lædere & ipsa pōt.

97. In Sabellum.

Irasci:in Cerdonem de quo supra cõquestus est qđ dederat munus gladiatorium. Ars tua: nõ uita est læsa a me:qa nõ dixi in uitam tuam:sed in artem. Licuit iugulare.i.si potuisti exhibere gladiatores iugulados in theatro:uue. Et uerso pollice uulgi. Quemlibet occidunt populariter.

Cursorem: Deprimit honorem carminum suorum & superioris libri quem ait se misisse per maximos imbres ad ruffum amicum:quoniam hi omnes uersus essent delendi:infra Curre sed instructus comitet punica librum. Spongia muneribus conuenit illa meis:nam carmina indocta solet dicere digna cẽ aquis ante: Vis puto cũ libro marce natare tuo.

CAesaris alma dies & luce:ad. viii calẽdas nouembres natus Domitia:eum diẽ celebrat Martialis hoc epigrãmate: præcaturq; ut diutissime in terris sit imperator. Alma dies cæsaris:o dies natalis cæsaris. Idasiliua cretæ.

Tulit;produxit in lucẽ. Iouẽ dictæum:qa in creta est educatus iuppiter. Duplex ida:cretẽsis & phygia. Numerosior pylio æuo.i.pfice plures annos ætate nestoris. Nite hoc uultu.i.nite sere nitate:uultus ánosus:& ápliſſimus in auro albano:aug albani appellat aureã coronam cæsaris: & apparatũ quo utebat in sacris mineruæ iſtitutis ab ipſo in albano:quot ánis ubi dabat ludos scænicos & oratorum & poetarum certamina. Tráquillus auctor. Tritonida:palladẽ:quæ erat numẽ familiare Domi.ut ait Fabius. Plurima quercus:hoc dicit quoniá ſingulis annis etiá in qnquattriis:Minerue corona querna donabat a Domi.qđ Martia.aperte oſtẽdit ad Collinum O cui tã pei;s licuit contingere q̃cus:& de eadem re iſta eſt epigramma. Plurima quercus.i. donet multas coronas quernas. Hic colat igeni tedeuntia ſæcula:ludi ſæculares centenis quibuſcũq; annis inſtaurabantur. Domi.eos celebrauit non ſupputata ratione tempo;a Claudio qui paucis ante ánis eo celebrauerat: ſed ab auguſto. Hic colat ſæcula.i.ſeculares ludos redeuntes anno cẽteſimo. Luſtrum eſt ſpacium quinq; annorum quo olympia ſolebant inſtauari. Cum aũt centeſimo anno redeãt ſæculares appellat poeta illus tẽpus ingens luſtrum. Sacra terentus:ſacra ad terentum cãpi martii.xxx. quoq; anno inouabant:alibi Martia.cũ ſexagenariam diceret ait:Bis mea romano ſpectata eſt uita tarento. Tarentus romuleus:cãpi martii.

Luſtrũ

Debita:quia hæc debẽtur terris. Improbaniuia. Pro tanto deo:Domitia.nam deus & dominus uoluit appellari.

Spectabat:Domi. edidit nauales pugnas q̃s ſpectauit inter maximos imbres. Candidis utebantur ueſtibus in ſpectaculis.i.lacernis albis q̃ in ſpectaculis ſumebant. Solus Horatius mimus cum lucernam albam non haberet alio habitus colore uenit in ſpectaculum. Nitue autem eadente ueſte facta eſt alba:in quo ipſe poeta & riſum mouet:& iperatori aſſentat cuius mores ait oẽs oportet ſeq. Spectabat:nauales pugnas Plebs:ordo plebeius. Minor:eq̃ſter: Maximꝰ ſenatorius. Cũ ſancto duce:cũ duo cæſare. Cãdidus.i.cãdidis lacernis. Lacernæ cãdidæ.i diſtichis: Amphiteatrales nos cõmẽdáur ad uſus.

Aſpice:ab eadem tẽpeſtate ſumit huius epigrammatis argumentum laudatur; Cæſar q; tantos ibres negligere potuerit:nam ut ſcribit Sueto.per maximos imbres ſpectauit pugnam naualem:& ne hoc uideꝰ

Sit culus tibi quã macer requiris:
Pædicare potes ſabelle culo.

99. Ad Cerdonem.

Iraſci noſtro non debes cerdo libello:
Aut ſi portat' tecum tibi magna ſuppellex.
Nam mea iam digitum ſuſtulit hoſpitibus:
Nulla tegit fractos nec inanis culcitra lectos
Putris & abrupta faſcia reſte iacet.
Sit tamẽ hoſpitium nobis cõmune duobus
Emi hortos plus eſt: inſtrue tu: minus eſt.

Ad ponticum.

Q uid ſentis inquis de noſtris marce libelliſ:
Sic me ſolicitus pontice ſæpe rogas.
Admiror: ſtupeo nihil eſt perfectius illis:
Ipſe tuo cedet ſegulus ingenio.
Hoc ſentis inquis: faciat tibi ſic bene cæſar:
Sic capitolinus iuppiter: immo tibi.

Ad ſuos miniſtros.

Sextantes caliſte duos infunde falerni
Tu ſuper æſtiuas alcine funde niues.
Pingueſcat nimio madidus mihi crinis amomo
Laſſenturq; roſis tempora futilibus.
Iam uicino iubent nos uiuere mauſeola:
Cum doceant ipſos poſſe perire deos.

Astra: Laudat spectaculum editum crocodillorum: q Domitianus crocodillū dederit in harena ut scribit poeta: nondum compertis illud historia habet. Augustum dedisse crocodillum in spectaculo: & auctor é Strabo in ultimo crocodillos allatos romam in spectaculum præbuisse uoluptatem tentiritis hominibus: ideò qui tentiram insulam ægypti incolunt feras insectantibus: nam ut colatur in ægypto crocodillus ab omnibus soli tentiritæ & oderunt & perfequunt: & in hoc spectaculo fides est habenda Martiali de Domitiano. Apte comparat deificationem Herculis deificationi futuræ Domi. quoniam appellabat Hercules maior.

Erix

Cerom a castigatum. i. palestritam antæū subactum. Lybicæ palestræ: Antæi libici. Erix: filius Veneris & Butæ qui necaba hospites occisus ab Hercule. Cacus filius Vulcani interfectus ab Hercule. Nec rectas: p caudā. Quota pars q. d. minima pars est tuoꝝ laboꝝ: ut efficere hæc monstra in theatro tuo. Quo maiora monstra nam Domitia. multas feras cōficiebat in albano sed hæc puto referri ad spectaculū & carpophorum: quem supra ita laudauit. Tua hasta. Carpophori. Pugna triplex: qa Gerion tricorpor & tribus generibus telorꝝ utebat. Licet. i. suo arbitrio cōmouerat ātiquitas hydrā cū maiores sint crocodilli. Feris niliacis: qd facitꝫ ex parte pōt cōparari hydra crocodillis.

Sæpe salutaris: Dictichon est in eum de quo supra dixit: Libellis pergrauem gerit leuamꝰ: is ē Pontilianus qui nunq̄ resalutabat: agrestem aūt hoiem & inurbanum hoc diffico eludit. Vale: est uerbum salutātis in discessu: Vale æternum pontificale est uerbum quo in mortuos utebantur. Id Euāder in palātem usurpauit apud Virg. Ancipiti igit̄ uerbo iocat poeta: & quasi uideat recusare se salutatuꝝ: amplius pontilianum: ait tu eris uale æternum: cum tū intelligat tu mihi eris mortuus: nam ut diximus uale æternum dicebat in mortuum. Sic: hoc pacto cum nunquā salutes. Eris uale æternum: ideſt apud me tāq̄ mortuus eris.

Hibernos: Hirundines ex nido domestico euolātes unā illic reliquerūt: reuersæ primo uere lacerarūt eam quæ remānerat: hoc cum domi Martia. accideret: dedit poeta epigramma: & ait debuit quidem lacerari hirūdo: sed tūc cum filiū ithym discerpit: nam Progne quæ hirūdo est facta: si credimus fabulis: Ithym filiū Thereo patri in mensam apposuit: Ex fabula iocās epigrāma cōficit. Atthides hirūdines a progne quæ athenienſis fuit. Nefas: scelus quæ remānerat. Suæ uolucres: eiusdem generis aues hirūdines. Profugam: hirūdinem. Mater: progne.

Arctoa: plebeiæ & impudicæ mulieres flauos crines gestabant: pudicæ nigros. Iuuenalis cum mulierem introducit cupientem celare indicium pudicitiæ: Et nigrum flauo crinem abscōdente galero. Martia. impudicæ lesbiæ misit coma germanicam ob hoc inqt misi ut scires q̄to magis tui crines sint flaui. Coma: crines. Scires: cognosceres. Magis flaua: coma germanica ut ostēdat impudicitiā uel certe dicit lesbiæ crines eē magis flauos germanicis: ut ostēdat esse cōmentitios: qbus dum lesbia similitudinem germanicoꝝ æmulant: & nimiū affectat: redidit eos adeo flauos: ut iam palam esset esse commentitios & non ueros.

Antonis: In gratiam Ciceronis exit epigrāma: dānato Antonio cuius scelere Cice. fuerat interfectus os & caput romanum non est inquit Martia. q̄ speres silentium tuis sceleribus antonianꝰ: & si Ciceronem fustulisti qui tua accusabat scelera: tamē oēs miserentes illius necesse incipient in te loqui pro uno Cicerone.

Obiectare: nihil. i. q nihil potes exprobrare. Photino: ægyptio qui Pōpeiū iteremit: tu enim es sceleratior

Ad Cæsarem.

Astra polūq̄ dedit: q̄us obstāte nouerca
Alcide nemeæ terror & arcas aper:
Et castigatum libycæ ceroma palestræ
Et grauis in siculo puluere fusus erix.
Siluarumq̄ tremor tacita qui fraude solebat
Ducere nec rectas cacus in antra boues:
Ista tuæ cæsar quota pars spectatur harenæ:
Dat maiora nouus prœlia mane dies:
Q uot grauiora cadūt nemeo pōdera mōstro
Q uot tua menalios collocat hasta sues.
Reddatur si pugna triplex pastoris hiberi:
Est tibi qui possit uincere gerionem.
Sæpe licet graiæ numeretur belua lernæ
Improba niliacis quid facit hydra feris?
Pro meritis cœlum tantis augustæ dederunt
Alicide cito dii: sed tibi sero dabunt.

In Pontilianum.

Sæpe salutatus: nunquā prior ipse salutas:
Sic erit æternum pontiliane uale.

De Hirundine.

Hibernos peterent solito cum more recessus
Atthides: in nidis una remansit auis.
Deprendere nefas ad tempora uerna reuersæ:
Et profugam uolucres diripuere suæ.
Sero dedit pœnas: discerpi noxia mater
Debuerat: sed tunc cum lacerauit ithim.

Ad Lesbiam.

Arctoa de gente comam tibi lesbia misi,
Vt scires quanto sit tua flaua magis.

In. M. Antonium.

Antoni phario nil obiecture photino:
Et leuius tabula quā cicerone nocens

Romana ora.i.in Cicerone lingua romana:unde supra dixit. Hoc tibi roma caput cui loqueris erat Tabula:proscriptionenam una cum Lepido & Octauio multos proscripsit:& minus sceleris admisit q̃ in uno Cicerone quem interemit.Catilina:damnatus a Cicerone.conf.coniurationis. hoc nõ admisissset Catilina: quis hostis Ciceronis. Impius miles:Pompilius lenas picenus defensus in causa capitis percussor Ciceronis. Auro infando:auro scelerato & una uox Ciceronis. Tibi.i.in tuam gratiam. Silicia precios:precio comparata a te. Loqui in te pro Cicerone:Cicero in te inuectus est editis philippicis:nunc oẽs accusabit. Põpeius Lenas

Q uid gladium demens romana stringis in ora?
Hoc admisisset nec catilina nefas.
Impius infando miles corrumpitur auro:
Et tantis opibus uox tacet una tibi.
Q uid prosunt sacre præciosa silentia linguæ?
Incipient omnes pro cicerone loqui.

71. De Syrisco uanum .p.rigo.

Infusum sibi nuper a patrono:
Plenum maxime centies syriscus
In sellariolis uagus popinis:
Circa balnea quattor peregit:
O quanta est gula centies comesse:
Q uanto maior adhuc nec accubare.

72. Ad Faustinum.

Humida qua gelidas submittit trebula valles:
Et uiridis cancer mensibus aget ager.
Rura cleonæo nũquam temerata leone?
Et domus æolio semper amica noto.
Te faustine uocat.longas hic exige messes
Collibus:hybernum iam tibi tybur erit.

73. De origine Bacchi.

Q ui potuit bacchi matrem dixisse tonantem:
Ille potest semelen dicere esse patrem.

74. Ad Theodorum .p.magr.

Non donem tibi cur meos libellos
Otanti totiens: & exigenti
Miraris theodore? magna causa est:
Dones tu mihi ne tuos libellos.

75. De Pompeo & filiis.

Infusum: Syriscus per multorum annorum industriam centies sestertia ab eo a quo fuerat manumissus compilauerat.Is uagus & errabundus iter fugitiuus caupones nautas:ut Iuue. ait totam rem absumpsit:nunquam discubens una mensa: adeo ut nunc ne uolens quidem possit discumbere:cum præcium cœnæ non haberet: magna inquit poeta luxuria est comesse centies sestertia sed maior adhuc non discumbere: cuius uerbi ambiguitate ita ludit:nam cum uidetur dicere maior est luxuria non discumbere: quia Syriscus uagus totum centies consumpsse tit nusquam discumbens. Ipse intelligit maior luxuria est non accubare: quod ita centies consumpserit:ut amplius non possit accubare. Syriscus:nomẽ ductum a syro: poetæ per syros sestuos intelligunt ut Virg. syrisca feruã. Quanto maior nec adhuc accubare potes simpliciter intelligere ut dicas magna est gula comesse cẽties sed longe maior q̃ nusq̃ accubando aut discumbendo syriscus cẽties consumpserit. Vagus per popinas sellariolas:sellaria dicuntur loca domestica ad sedendum tãtum parata:Ply.Sellaria domus aureæ Neronis & quidem loca ad libidinẽ & fegnitiem Tranquillus in Tyberio: Recessu uero caprensi sellarium excogitauit sedem arcanarum libidinum.popinæ sellariolæ dicũtur in quibus desident homines ignaui ad libidinẽ & luxum:Salariolis non placet ratione syllabæ: nã primam corripit. Infusum: datum a patrono. Sellaria Popina Sellariola

Quattuor balena:que autem balena intelligat licet conijcere fuisse neroniana Grili Titi Agrippæ quanto maior gula est consumpsisse ita centies ut nusquam accubaret.

Humida: Vocat Faustinum in agrum trebulanum in campania:ubi tãtam aeris temperiem esse dicit:ut si eam senseris:tibi existimaturus Tybur esse domicilium hybernum calidum: cũ tamen frigidissimũ habeatur æstate. Leone cleonæo:desit augusto mense quo sol est in Leone. Cleonæo:cleone opp.peloponensi in uia quæ agro corinthum ducit pulchris mœnibus: inde Homerus cleonas excellere mœnibus canit. Ibi Hercules leonem interemit:qui in cælo esse fertur:unde cleonæus dicitur:idem dicitur nemeus:nam nemea est iuxta cleonas in qua argiui nemæa sacra peragebant:de quibus carmina extant pyndari.Scribit Strabo:memenit iginius. Trebula:opp.in campania non procul a baiis. Alger:friget. Cancri mense:iulio. Exigere:exple. Messes longas:idest longam æstatem. Iam:postq̃ senseris trebulanum cælum. Hybernum tyburid est tu tam frigidam existimabis trebulam ut existimes tybur domicilium hybernum:ideest utendũ hyeme. Cleone Nemea

Qui potuit:In poetarum ut puto qui in fabula Bacchi nati dixit iouem esse matrem Bacchi:quoniã in maturo tempore natum intra femora fouisse:hunc Martialis deridet:hic inquit qui rem sibi lepidam uidetur dixisse appellando iouem matrem Bacchi:iam poterit dicere Semelen patrem.

Non donem.In Theodorum:cui ait se non mittere suos libellos:ne ille suos incõditos & ieptos mittat Exigẽti:postulanti. Ne dones tu mihi:tuos.f.libellos ineptos.A libi malũ poetã indicat in domus icẽdio.

Pompeios:In gratiam & laudem pompeiorum:quorum gloriam tantam fuisse scribit:ut non potuerint uno loco cadere.sed habuerint a tribus partibus orbis sepeliri. Cneus magni filius occubuit in hispania ad mundam partem europæ. Sextus in Asia ad miletũ.Cneus pater in egypto sepultus ad Cassium montem.hic tamen non est in A frica:sed poeta est abusus finibus orbis:ut integro satisfaceret acumini.

Asia:miletum opp. Asiæ. Tegit:Sextũ europæ:mũda hispaniæ opp.tegit Cneũ. F. Si tamen ulla tegit: quoniam Pompeius dictus est esse inspultus uel ex eo distichо. Marmoreo in tumulo Licinus iacet at Cato paruo: Pompeius nullo: An Argutius Martialis loquitur:ut hoc referat ad immensam Pompeii gloriam: & dicat eum non tegi:idest eius famam non posse celari. Tanta:ruina trium pompeiorum.

Quæ legis:Iuliã legẽ in adulteros reuocauit:Domi.de q̃ alibi poeta.Iulia lex populis ex quo Faustine te nata est. Quin.q. ãte legẽ.pmulgati erat adulter:adulterã duxit uxorẽ ueritus suppliciũ legis:legitima uxor dicit q̃ iure & ritu nuptiali nupsit & legitia a lege dr hoc uerbo casuillar poeta aiq; alii appellãt uxorem legitimã quæ ritu nupsit & iure. Tu tuam potes legitimam appellare:quia nupsit tibi causa legis Iuliæ erat enim tibi mœcha.

Pompeios iuuenes asia atq; europa:fed ipſum
Terra tegit lybies ſi tamen ulla tegit:
Quid mirum toto ſi ſpargitur orbe:iacere
Vno non poterat tanta ruina loco:

76. Ad Quintum.

Quæ legis causa nupsit tibi lelia quinte.
Vxorem potes hanc dicere legitimam.

77. Ad Cinnam pauperem.

Profecit:Mitridates rex ponti sanguine anatis pŏticæ ĩmixto quibusdã medicamẽtis reme diũ aduersus uenenũ sumebat: auctore Læneo Pŏpeio quẽadmodũ scribit Gellius adeo ut cum nonnũq̃ sumeret uenenũ inter epulas: nulla ex parte læderet:Immo & eiusdẽ generis remedio nomẽ dedit:ut appellar mithridaticũ. Locatur: in Cinnã poeta male cœnãtẽ:quẽadmodũ inqt Mithridates sumpto sanguine anatis pŏticæ: q̃ uenenis uescit paruit sibi corp⁹ tutũ aduersus uenenũ:ita & tenui cœna patãs remediũ aduersus famem:nã assuefacis te efuritioni: ita ut postea esuritio nõ possit tibi nocere. Profecit:Assecutus est poto ueneno. Cauisti:prouidisti.

Profecit poto mitridates ſæpe ueneno:
Tofica ne poſſent ſæua nocere ſibi:
Tu quoq; cauiſti cœnando tam male ſemper:
Ne poſſes unquam cinna perire fame.

78. Ad Marullum malenter cœnantem.

Narratur:puerbiũ erat apud ãtiquos:ut s qui loq nõ posset:diceret oleũ ore gestare eodẽ qdã usus est n Marullũ uolẽte neminẽ audire:sed in uerso:ut dixerit Marullũ nõ gestare oleum ore: sed aurib⁹.qa nũq̃ uellet alios audire:fed sp loq.

Narratur belle quidam dixiſſe marullæ
Q ui te ferre oleum dixit in auriculam.

79. Ad Toranium. Tho damn. 120

Si triſti domicœnio laboras
Torani potes eſurire mecum:
Non deerunt tibi feſſiles propinquæ:
Viles cappadocæ grauesq; porri:
Diuiſis cibium latebit ouis:
Ponetur digitis tenendus uſtis
Nigra colliculis uirens patella:
Algentem modo qui reliquit hortum.
Et pultem niueam premens botellus:
Et pallens faba cum rubente lardo
Menſæ munera ſi uoles ſecundæ:

Si triſti) Ad Toraniũ alteę eiusdẽ nois Mãgonem:hoc est uẽditorẽ puerorũ fuisse:& Ply.l.vii. natu.histo.scribit:& Trãql.in Octauio: hunc in uitat ad tenuem cœnã q̃ infra quoq; describit ad socios. Laboras:anxius es Domicœnio:nouũ est uerbum a poeta cõpositũ ex domi & cœno.i. cœna domestica. Esurire:non uescis:sed leuiter gustare. Cappadocæ:lactucæ erant quẽadmodũ aliæ purpureæ crispæ græce:de his Columella:Cappadocamq; pmit ferali mensõ lupercus.

Domicœniũ

Si foles.i.si tibi mos est re porrigere.i. gustare ante cœnã. Viles:at uiliores sunt q̃ peiorides dicunt:Eandẽ cœnã alibi describit & inchoat a lactucis hoc uersu:A ttulit & uarias quas hẽt hortus opes:in quibus est lactuca sedens: & sectile porrum:infra est epigramma.

¶GEO. Si triſti domicœnio laboras:Torani potes eſurire mecũ:Nõ deerũt tibi ſeſſiles ,ppinque uiles cappadoces:nõ dẽ,cibo ,ppinare dicit:ſed de potu:Præterea:qs uidit unq̃ herbas ,ppinaris& in principio cœnæ ſed affectator iſte uerbi noui cõmẽticiũ ſenſum attulit.Nã ubi legebatur.Nõ deerũt tibi ſeſſiles,ppinque ſoles fecit nouã cõmẽtus diuiſionẽ tũ uero dictionẽ latinã in græcam denunciauit:& enim lectio uera hæc eſt: Seſſilles ,ppinquæ & eſt adiectiuũ lactucæg.quẽadmodũ uiles cappadocũ:& erit ſenſus:aderũt cappadoces uiles hoc eſt abũdãtes:ut Vir.Vilẽq; phaſellũ&,ppinquæ ſeſſilles:hoc eſt quæ nobis ubiq; ſe offerãt:quare ſimplex & operta erit expoſitio:ſi de ſeſſili lactuca itellexerimus cuius & idem poeta mentione alibi facit: Et Vir.in priapeis.Si uero dictionẽ græcam interpoſuerimus ineptum & ſubobſcurum ſenſum faciemus.

¶DO. Grauis porri:grauis concoctionis:ut ſcribit Diaſcorides. Cibũ hoc erat genus cibi ex cibio pisce genere pulmenti falſi cibium autem Plynius ſcribit eſſe pelamidem conciſam:& ouis & ruta.Infra Mar. in hunc ſenſum:Secta coronabunt rutatos oua lacertos:Et madidum tynni de ſale ſumen erit. Coliculus ſiue cauliculus delicatiſſimus erat A picii luxuriæ:per quẽ eſt faſtiditus Druſo Cæſari Vel ut alii codices habent blanditus:quod placet. Botellus:genus condimenti quod ira conficit Apitius Botellum ſic facies ex oui uitellis coctis.Nucleis pineis conciſis tum addit talia. Puls:ex farina alicæ oleo & aliis rebus:ut docet Apitius in.v.erant aũt pultes ſuis appellationibus diſtinctæ: nã aliæ dicebãtur Iulianæ aliæ tractogulæ &c.

Botellus

Premẽs:nã coronabant pultes:lucania uel Botello:in diſt.de Botello:Pultib⁹ hic niueis grata corona dat.

Marcentes tibi porrigentur uuæ:
Et nomen pyra quæ ferunt syrorum:
Et quas docta neapolis creauit:
Lento castaneæ uapore tostæ.
Vinum tu facies bonum bibendo:
Post hæc omnia forte si mouebit
Bacchus quam solet esuritionem.
Succurrent tibi nobiles oliuæ
Piceni modo quas tulere rami:
Et feruens cicer & tepens lupinus:
Parua est cœnula quis potest negare?
Sed finges nihil: audiesue fictum:
Et uultu placidus tuo recumbes:
Nec crassum dominus leget uolumen,
Nec de gadibus improbis puellæ.
Vibrabunt sine fine prurientes
Lasciuos docili tremore lumbos
Sed quod non graue sit nec in facetum
Parui tibia condili sonabit.
Hæc est cœnula claudiam sequeris
Q uam nobis cupis esse turpiorem.

50. In Zoilum unum

Vndecies una surrexit zoile cœna.
Et mutata tibi synthesis undecies:
Sudor inhæret madida ne uestæ retentus
Et laxam tenuis læderet aura cutem.
Q uare ego non sudo qui tecum zoile cœnor
Frigus enim magnum synthesis una facit.

51. Ad Seuerum emendat. Liuium

Non totam mihi si uacabis horam
Dones & licet imputes seuere:
Dum nostras legis exigisq; nugas:
Durum est perdere ferias rogamus
Iacturam patiaris hanc seraq;
Q uod si legeris ipsa cum diserto
Sed nunquid sumus improbi secundo:
Plus multo tibi debiturus hic est:
Q uam debet domino suo libellus
Nam securus erit: nec inquieta
Lassi marmora sylliphi uidebit
Q uem censoria cum meo seueró
Doctilima momordent secundi.

52. Ad Aemilianum. Liuium

Semper eris pauper: si pauper es æmiliane,
Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus.

Marcentes: præmaturæ: ut marcida uua apud Papi. i. præmatura: & marcida uina largiuntur.

Pyra quæ ferût nomen syro: g. i. pyra syra ex ea dem syria zinzipha allata sunt a sexto Papyrio Augusti temporibus. Docta neapolis: studiis litterarq; quæ illic erant auctore Strabo. Vinum bonum facies bibendo: hac sola re q; tu bibes ui num bonũ esse ostẽdes: qđ alioquin non est. Ni mio uino epoto uomitio reddebat: inde sequebatur appetitus: & auiditas cibi qđ tetigit Iuue. in muliere de quo sextarius alter, Ducitur ante cibum rabida facturus orexim. Feruens cicer: coctum. Lupini emebantur aqua tepẽri & apti menſæ: ut Ply. Vultu tuo: non cõparato in gra tiam alterius: ut cogeris apud Vironem. Leget ut Lygurinus. Prurientes: lasciuientes. Cõdi lus: & cõdilum significat anulũ: condilus item in musicis dicitur digito: g curuatura usq; ad dimi dium orbem. de hoc intelligituel patui condili ideſt exigui foraminis. Claudiam amtam a te: catullus eiusdẽ secte Cœnabis inquit: sed non si ne candida puella: Nam epicurei oẽs in uolupta tem cœne adhibẽt puellam: ut Horatius & alii. cõdilus condilũ

Tu cupis priorẽ: uis eam primũ omniũ adesse: nã amas. locatur autẽ ex eo quod dixerat: seque tis: & subdit quasi opponens priorem.

Vndecies: in zoilum eodẽ ferme epigrãmate quo supra alteg accusauit simulatẽ febrẽ ut ostẽ taret stragula: hic autẽ eadẽ ex cœna surrexerat undecies: & toties mutauerat synthesim uestem saturnalitiã hac excusatione ne cũ sudaret sudor remaneret: & postea læderet uento: Mar. inquit quare ego nõ sudo: nimiq; quia unã tãtũ synthe sim habeo. q. d. nõ habeo quã possim ostẽtare: si placet sententiã alterã accipe: q Zoilus bene cœ naret: & ꝓpterea sudaret. Martialis autẽ tãq pau per cõpetus in extremo lecto accubãs male cœ nabat sed placet ut dixi prior sensus ut ostendat illud nõ fieri necessario: sed ut ostentet uestes.

Non tota: Se uero librũ suũ emendãdo cõmẽ dat qđ rogat: ut patiatur hanc tẽporis iacturam libro legẽdo: quẽ sperat fore emendatissimũ nec unq; interitus: si adhibuerit secũdũ alteg censo rem. Domas: ascribas muneri. Imputes: facias me debitorem. Exigis: percenses: & examinas.

Dus est: occurrit tacite obiectioni. q. d. Seue rus ego uolo relaxare aiũm: & nolo emẽdare nu gas tuas. Domino: Mar. auctori. Sisyphus: pu milio fuit. M. Antoni intra bipedalem staturam sed hic de Sisypho illo itelligit: qui apud inferos est: & saxum uoluit dicũt. n. poemata adire infe ros: & interire cũ nõ legunt: Alibi de imortalita te carminis. Pigra per hũc fugies infernæ lumi na læthes. Lassi fessi quoniã uoluit saxum. Li ma: instrumẽtum fabrile est quo teritur ferrum hic procensura. Momorderit: elimauerit. Apta metaphora nam & lima dicitur habere dentes & propterea mordet.

Sẽper eris paup. Notat figurate tpa sua qbus adeo in ꝓcio erãt diuitiæ ut ne patrõi qui diserti cõducerẽt: aclitib' nisi fuissent diuites qđ accu sauit Iuue. & mũera orbis tũ diuitib' mittebant.

Quid promittebas:In Gaurum fœneratorem:qui ut uideretur magnus & liberalis:promisit Martiali se daturum.cc.milia pusillus intelligens in fœnus.mox Mar.petit duo milia sine fœnore:ille nō dedit:poeta solet appellare eos qui sibi congerūt diuitias nihil amicis impartientes pusillos:quod supra dixit in Quintū: Hæc animus quinte pusillus emit.A it ergo in Gaurum:cum promittas.cc.milia in fœnus.crede mihi: nō magni animi es ut cupis uideri sed pusilli. Non poteras dare.sine fœnore. Dispereas:cōficiare in tuis diuitiis.

Pusillus:pusilli animi:quia nō das aliquid amicis:& nō es magni animi:ut uolebas uideri.

Insequeris:eodem sensu epigrammatis lusus est in diadumenum. Cōsequar:hoc ut me nec timeas nec ames:dindimus erat Spado. Tuum uelle:idest te petentem aliquid. Nolle:recusan tem osculari:nam ex eo nihil potes.

Iam tristis: De Galla conqueritur quæ totis saturnalibus cum amicis munera mitti soleant: nihil ipsi miserit minatur se idē missurum martiis calendis:idest nihil cum saturnalia fœmina cum celebrantur. Nucibus relictis:permittebā tur lusus i saturnalibus pueris nuces:uiris alea. quod utrunq; prohibebatur post saturnalia: nā & pueri reuocabantur a magistris: & aleatores multabantur ab ædilibus. Tristis:mœstus:ga diuitius ludere uellet. Hudus:uino ingurgitās: quoniam qui inter pocula uersantur udi dicun tur: in quibus locis aleatores erant in primis.

Proditus:cognitus:quia auscultans ædilis admouebat aurem propius: si uacui essent aleatores. Fritillo:alea Fritillus, simum alueolus, idē significant. Arcana:quia in locis recōditis & arcanis est. Popinæ: dicuntur uiliores tabernæ parua & minor:ea ego intelligo de xenijs & apophoretis:nam xenia intelligebantur nō magni quidem precii sed tamē maioris quam apophoreta:& apophoreta erant minora. Vestra saturnalia:saturnalia celebrabātur a uiris. V. diebus mense decembri: quo tempore dabant cœnas seruis:tanquam agentes gratias operæ toto anno præstitæ:auctor est in saturna. Macro.contra calen.martiis mulieres seruos cœna accipiebant tanq exhortantes eos ad insequentis anni operam:mittebantur ergo munera uiris mense decembri:mulieribus mēse martio:auctor est Trā quillus in Vespa.nam Vespasianum scribit dedisse apophoreta:& uiris in saturnalibus.& mulieribus calen.martiis:de eiisdem calen. Hora. Martiis cælebs quid agam calen.Quod dedisti: idest nihil.

Extus mittitur:Sextum librū emittit Mar.cuius initio imperatoris nomen ueneratur: dum ait emendandum esse:ut audeat uenire i manus Cæsaris.Ego hoc epigramma credo ad amicū scribit:quāuis alii dicant ipsum se alloqui. Ter seris:elimaueris Aure diligenti:idest diligenti censura. Manus imperatorias.

Lusus erat:Hoc epigrāmate agit gratias Domitiano:q; inter cæteras ifstituta reuocata lege Iulia fustulerit adulteria & nouo instituto prohibuerit spadones fieri. Erat lusus:habebatur pro lusu, Fallere conubia:facere adulteria. Executisse mares:idest castrare & reddere spadones:hoc uoluit etiam in græcia periander:corinthius:scilicet ut mares castrarentur:sed uiduarum concharum nauis fuit retenta:quæ illud edictum afferebat:hoc prohibuisse Domitianum Tranquillus est auctor:& Papinianus in siluis de Earino:Nondum pulchra ducis clementia cæperat ortu.Intactos seruare mares nunc frangere saxo.Atque hominem mutare nephas.

33. In Gaurum fœner.

Quid promittebas mihi milia gaure ducenta?
Si dare non poteras milia gaure decem.
An potes & non uis?rogo non est turpius istud?
I tibi dispereas gaure pusillus homo es.

34. Ad Dindimum quendam.

Insequeris fugio:fugis insequor:hæc mihi mēs ē
Velle tuum nolo dindime nolle:uolo.

35. Ad Gallam.

Iam tristis nucibus puer relictis.
Clamoso rucocatur a magistro:
Et blando male proditus fritillo
Arcano modo raptus e popina
Aedilem rogat udus aleator.
Saturnalia transiere tota.
Nec munuscula parua nec minora
Misisti mihi galla quæ solebas.
Sane sic abeat meus december:
Scis certe puto uestra iam uenire
Saturnalia martias calendas.
Tunc reddam tibi galla quod dedisti:

M. Va. Mart. Epigrammaton Liber Sextus.

Extus mittit hic tibi libell?
Imprimis mihi chare martialis.
Quem si terseris aure diligenti:
Magnę cęsaris in manus uenire.

1. Adulatorium.

Lusus erat sacræ connubia fallere tedæ.
Lusus & immeritos execuisse mares.
Vtraq; tu prohibes cæsar:populisq; futuris

Sine fraude:sine'adultero. Spado mœchus erat:ſpado ducebat uxorem nõ ſibi:ſed aliis: unde ipſe erat adulter ſue uxoris:ut de Othone ſcriptum eſt eo difficho:Cur otho mẽtitor ſit queritis exul honore:Vxoris mœchus cœperat eſſe ſue:nam Nero cum ea rem habebat:de ſpadone conqueritur Iuue. Cũ tener uxorem ducat Spado.i.nõ ſibi:ſed aliis:uel quod magis placet Spado erat mœchus:quoniam mulieres ſpadonibus oblectantur Mar. Cur tantum eunuchos habeat tua gellia quæris. Pannice:nult futui gellia non parere.idemin Paulum.erant igitur ſpadones adulteri:& ita in commentariis in Iuue.ſcripſimus

Succurris naſci quos ſine fraude iubes.
Nec ſpado iam nec mœchus erit te præſide quiſq̃
At prius o mores: & ſpado mœchus erat.

2. De filio Do.

Naſcere dardanio promiſſum nomen iulo
Vera deum ſoboles naſcere magne puer:
Cur pater æternas poſt ſæcula tradit habenas
Q uiq; regas orbem cum ſeniore ſenex.
Ipſa tibi niueo trahet aurea pollice fila
Et totam phryxi iulia nebit ouem.

3. Apulatorium.

Cenſor maxime:principumq; princeps:
Cum tot iam tibi debeat triumphos:
Tot naſcentia templa:tot renata:
Tot ſpectacula:tot deos:tot urbes:
Plus debet tibi roma:q; pudica eſt.

4. Ad Cecilianum.

Ruſtica mercatus nummis ſum prædia multis.
Mutua des centum ceciliane rogo.
Nil mihi reſpondes:tacitum te dicere credo
Non reddes:ideo ceciliane rogo:

5. Ad Lupercum.

Comœdi tres ſunt:ſed amat tua paula luperce
Q uattuor: & cophon paula proſopon amat

6. De Theleſina:

Naſcere dardanio:Domi.iuliam Titi fratris filiam amauit ardentiſſime:quã tãdem frequentibus abortiuis coegit perire: nunc parturiebat Mar.uoto quodam & precibus proſequitur parturmalloquitur puerum moriturum hoc uerſu.

Promiſſum a fatis:nam Aſcanio ſiue Iuno promiſſum erat ad genus romanum te oriturum.

Deinquia Domi.dominus & deus appellabatur. Habenas rerum.i.imperium. Ipſa tibi:ſenſus eſt Iulia trahet tibi fila aurea:ex diſciplina hemuſcorum quotiens aut ouis aut aries purpureo auroue colore aſpergeretur: portendebat principi cum felicitate rerũ omnium largitatẽ. hoc ſcribit Macrob.ex oſtentario tuſco: & Vir. indicauit eo uerſu cum uellet portendere felicitatem principi Auguſto: Ipſe ſed in patris aries iam ſuaue rubenti.Murice iam.i.m.y.l. Eadem felicitatem portendit Seneca Neroni. Aurea for moſo deſcendunt pollice fila. Cũ igitur Mar. uelit oſtẽdere puerum hũc fore felicem:ait arietini uelleris in aureum colorem mutari:ut fabula eſt de ariete Phryxi: Iuliam diſpenſaturam filaſeu deducturam:hic puer potius mihi uidetur filius Iuliæ & Domi.q̃ Domicillæ:ſiue Auguſtæ:nam illum ſuſcepit in ſecundo conſulatu nõ dum imperator:hic imperator Domi.naſcitur.

Tibi:in portẽtũ tuæ felicitatis uenturæ. Cenſor:Eadẽ laude proſequitur imperatorem: qui reuocata lege Iulia ſuſtulerit adulteria & mares caſtrari prohibuerit:qua ẽt ſupra eũ extulit epigrãmata:Luſus erat:nũc ait ex oĩbus meritis in urbẽ romã collatis hoc eſſe pſtantiſſimũ:q; iduerit pudicitiã Cẽſora Domitiani:carmen eſt phalleũ. Maxime cẽſor. Domi.iceſtam uirginũ ueſtaliũ puniuit:multaq; correxit auctore Sue. unde iure maximus cẽſor dicitur. Naſcẽtia:quæ nunc ædificãtur. Et renata:quæ ædificata & inſtaurata ſunt. Vrbes totadiebus imperio romano:nam cattos & dacos populos germaniæ adiecit imperio romano:ædificia Domitiani hæc referuntur:capitolium inſtauratũ:forum tranſitoriũ:porticus duplex:ſtadium quorum alterũ iſſum:alterum ſerapium dictum eſt: templũ flauiæ gẽtis:mea aurea Minerua calchiœcha cuius numinis meminit Pauſanias de templis Papini. Et quæ tibi templa dicamus ſpſe tolas. Quod pudica:ideſt quod iduit pudicitiam prohibitis ſtupris & adulteris.

Ruſtica:A pertum eſt argumentum:& acumen ex uerbis apparet. Sum mercatus:emi. Cẽtum mutua: ſeſtertia. Ideo Ceciliane rogo:quia non ſum redditurus.

Comœdi:Libidinis mulierum uſq; eo progreſſus erat amor:ut iam amarẽt mimmos & hiſtriones: hoc carpit Iuue.longo carmine:cuius initium:A ſt aliæ quotiens aulea recondita ceſſantſtum ſequitur:Hunc diligit Helia pauper:Soluitur his magno comœdi fibula ex hoc Paulæ amor nimius in comœdos oſtẽditur: hoc eſt hiſtriones comœdiarumnam amabat quattuor:cum tamen,in nulla ſcæna poſſent loqui plures tribus:& ſi quartus hiſtrio introducitur:is non loquitur:ſed tantum ſubauſcultat:quæ dicuntur hoc præcipit Hor.Nec quarta loqui perſona laborat.Is cum non loquitur græco uerbo appellatus eſt Cophon ,pſopon: ideſt muta perſona:auctor eſt Diomedes grammaticus uetuſtiſſimus poeta inquit:cum tres comœdi ſint quattuor amat. Paula amat:κόφὸν πρὸς ὄψιν mutam perſonã quaſi dicat omnes amat: quattuor ſunt.

GEO. Comœdi tres ſunt:ſed amat tua Paula luperce. Quattuor:& cophon paula,pſopon amat oſtẽtat magis q̃ intelligat hic iactator quid ſit cophon proſopon:q̃q̃ Horatium & Diomedẽ auctores: adducat:nõ excludit in totum Horatius quartã perſonam a ſcenis:ſed eã parce loqui iubet:a loquin nec Plautus nec Terentius legẽ comœdiæ ſeruarent:apud quos perſæpe quarta perſona in ſcænis loquit:aliud eſt.n.pce loqui:aliud mutã eſſ pſonã:Sed q cophon ,pſopon ſit:cõmẽtatores: Ariſtophanis aptiſſime ducẽt i ſtabula:quæ

inſcribitur acharnanes. Inducitur nuncius ad dicæopolim a ſpõſo miſſus petitq; ne expeditionẽ faciat ſed domi maneat: utpote ſecum uxore oblectans: rogat item ut in alabaſtrum mittat cyatum pacis: quã rem ne gante dicæopoli ſubiungit ſeruus pronuba te rogat ut nymphæ nomine tibi foli aliquid dicat cui dicæopo lis age igitur quid tu ais: Tum uelut admota aure audiuerit: hæc ſubdit: O dii quam ridicula ſunt ea quæ me tantopere nympha rogat: ut. ſ. gentalia ſponſi cures: huc inducias ferõ: ut ipſi ſolidem: quoniam mulier eſt quæ uerba exponentes grammatici dicunt per iocum protuliſſe dicæopolim: quæ audiuerit a pronuba

Cuius cophon hac in parte proſopon eſt. Quippe cum dicæopolis illius quæ nõ loquitur uerba pronunciet ergo quotiens uel noſtra uel alterius pſonæ ſententia per alios demoſtratur cophon proſopon erit eius cuius ſententiam alius effert. quem morem in dialogos non nunq; tradu ctum fuiſſe uidemus hoc eſt ut ſcriptor in to tum taceat declarantibus aliis mentẽ eius: nam eſt in aliis dialogis ipſius auctoris pſona loquẽs quam rẽ ſubiecta Ciceronis uerba ad Atticum declarant: Sic enim conſtituebam neminem includere in dialogos eorum qui uiuerent. ſed qa & deſiderari a Varrone: & magni illum æſtimare eos confeci & abſolui neſcio q̃ bene: ſed ita ac curate ut nihil poſſet ſupra academica omnẽ quæſtionem libris quattuor in eis: quæ erant contra ἀκαταλήψιαν præclare colleta ab Antiocho Varroni dedi: ad ea ipſe reſpondeo tu es tertius in ſermone noſtro: ſi Cottam & Varronem feciſſe inter ſe diſputantis: ut ate proximꝰ litteris, admoneor meum: κῶφον πρὸς κωφόν eſſet: hoc in antiquis perſonis ſuauiter fit: ut & Heraclides in multis & nox ſex de reſplublica libris fecimus: ſunt etiam tres de oratore noſtri mihi uehementer probati in eis quoq; hæ perſonæ ſunt: ut mihi tacendum fuerit: Craſſus, n. loquitur: Antonius catullus ſenex Iulius frater Catulli Cotta Suſpicius puero me hic ſermo in ducitur ut nullæ eſſe poſſint partes meæ. Satis ex his Ciceronis uerbis quid Cophon Proſpõ ſit cognoſcitur: ſed quid poeta ſenſit cum dixit Cophõ Paula Proſopõ amat: hoc uidelicet oſtẽ dere Paulam occultum quendam habere amatorem: qui ſub alterius perſona quæ muta ſit rem agat & pulcherrime de amore in comedos loquens ſubiunxit mutam illam perſonam quam comici Cophon proſopon appellant amati.

Iulia lex populis ex quo fauſtine renata eſt.
Atq; intrare domos iuſſa pudicitia.
Aut minus: aut certe non plus trigeſima lux eſt:
Et nubis decimo iam Theleſina uiro
Quæ nubit totiens: non nubit adultera lege eſt.
Offendor mœcha ſimpliciore minus.

7. Ad Seuerum ἀπόστροφη quædam

Prætores duo: quattuor tribuni:
Septem cauſidici: decem poetæ
Cuiuſdam modo nuptias petebant
A quodam ſene: non moratus ille
Præconi dedit eulogo puellam:
Hic nunquid fatuo ſeuere fecit?

8. Petit latenter a Do. Pecu.

Pauca iouem nuper cum milia forte rogarem:
Ille dabit dixit: qui mihi templa dedit.
Templa quidem dedit ille iouiꝫ ſed milia nobis
Nulla dedit: pudet & pauca rogaſſe iouem.
At qui non tetricus q̃ nulla nubilus ira:
Quam placido noſtras legerat ore preces:
Talis ſopplicibus tribuit diademata dacis:
Et capitolinas it q; redit q; uias.

DO. Iulia lex: in Theleſinã quæ cum eſſet olim adultera metu legis ſuliæ nuper reuocatæ a Domitiano aduerſus adulteros nupſit: ſed tanta libidine alieni uiri tenebatur: ut intra. xxx. dies decem maritos haberit: quod cum ueneficio fieri ſuſpicetur poeta ait minus ſceleris ſibi, committere uideri eam quæ aperte eſt mœcha: q̃ quæ totiens nubit. Lux. xxx. dies tricesimus. Renata: reuocata quæ olim promulgata a Iulio fuerat. Populis: orbis. Pudicitia eſt iuſſa itrare domos ex quo reuocata lex iulia. Quæ nubit totiẽs adultera eſt lege: nam lex prohibet mutare uirum: ſed quæ totiens mutat uirum non eſt uxor ſed adultera: nã adultera quoq; uirum mutat. Minus of. minus diſplicet. Mœcha ſimplici. aperte adulterium profitentẽ: nam ueneficium non exercet.

Eulogꝰ

Prætores: ſenſus idem eſt qui ſupra: cum ſua tempora notas conſuluit Lupo ut iuberet filium fieri uel cithareꝫ uel choraulem: & ſi uideretur duri ingenii præconem: aut architectum: nam hæ artes erãt pecuniosæ. Laudat igitur ſenem qui repudiatis prætoribus cauſidicis tribunisq; poetis filiam in matrimonium collocauit præconi. Eulogo: Eulogus nomen proprium præconis eſt ſed tamen fictum nam Eulogus dicitur qui bene loquitur: quod præconi cõuenit. Dic nunquid fa. ſe. fe. interrogatiue. Fatuo. ſ. homine. q. d. prudenter fecit q; locauerit filiam præconi: qui in maiori præcio eſt q̃ aut tribuni aut prætores.

Pauca. petierat pecuniam ab imperatorem quam non dederat: iterũ petere turpe uidebatur: ex ingenio igitur ait ſe interrogaſſe Palladem quare Domitianus non dederit: ea reſpõdiſſe ſi non dederit non ꝓpterea eum negaſſe. q. d. paulo poſt daturum louem. ille dabit. i. Do. Vel pudeat. i. pudeat me q; etiam pauca petierim a Ioue. cum non dederit: uel Pudeat Iouem non dediſſe: & rogare hæc pauca ab imperatore. rogare enim uidetur illum cum ipſe nõ det ſed illum per ſe daturum dicat. Diademata iura ſua: nã dacos in deditionẽ accepit permiſit q; ut ſuo uterẽtur iure: hoc Papi. laudat. Qui nec in extremos facilis ſæuire furores. Das cattis daciſq; fidẽ. Dacis ſupplicibus. ueniẽtibus in deditionẽ. Itq; reditq; uias capitolinas. i. triũphos.

O uirgo:o pallas. Conſcia no.to.cõſiliarii Domi.nã Pallas erat numẽ familiare Domi.ut Quin.uide:ba turq; iperator eius cõſilio uti. Si negat hoc nul.tã benigno.q.d.hic uultus ẽ dantis & nõ negãtis. Poſita gorgo.A egidẽ pallas nõ habebat i capitolio:q; factũ erat i affentatione Domi.cuius ſtatua habebat ægidẽ ;pterea cũ alibi iterrogaret pallas q̃re ægidẽ nõ hẽret:reſpondit Cæſar hẽt uel poſita ægide:q̃n quũ mitis deſignat deponit ægidẽ:ut apud Pro.& Sili.Sili de pallade compta ad iudicium paridis:iam bellica uirgo. A egide depoſita atq; aſſuetũ caſſide crinẽ iuoluit. Putas ea negata:q; nõ ſunt data.q.d.dabit paulo poſt.

Dic præcor o noſtri dic conſcia uirgo tonantis:
Si negat hoc uultu quo ſolet ergo dare?
Sic ego:ſic breuiter poſita mihi gorgone pallas
Q uæ nondum data ſunt ſtulte negata putas.

y. Ad Leuinum.

In pompeiano dormis Leuine theatro:
Et quereris ſi te ſuſcitat Oceanus.

x. In Marcum.

Q uod nõ ſit pilades hoc tẽpore non ſit oreſtes
Miraris pilades marce bibebat idem
Nec melior panis turduſue dabatur oreſti.
Sed par atq; eadem cœna duobus erat.
Te lucrina uorax:me paſcit aquoſa peloris.
Non minus ingenua eſt & mihi marce gula
Te cadmea tyros:me pugnis gallia ueſtit.
Vis te purpureum marce ſagatus amem.
Vt pſtem piladẽ:aliqs mihi preſtet oreſtem:
Hoc non ut uerbis marce:ut ameris:ama.

xi. De Fabulla.

Iurat capillos eſſe quos emit ſuos
Fabulla nunquid paule perierat?

ie. De Statua iuliæ. made à Domitᵗ

Q uis te phidiaco forma tam iulia cœlo?
Vel quis palladiæ non putet artis opus?
Candida nõ tacita reſpondet imagine lygdos.

In Põpeiano:Suſcitare eſt aliquẽ ſedẽtem excitare:ſupra Mar.Et ſedeo q̃ te ſuſcitat Oceãus. ſuſcitare idem eſt dormientem expargefacere.

Leuinus ex.xiiii.gradu.iuſſus ẽ abire ab oceano præfecto theatri.Illic.n.ſedere nõ poterat cũ cenſum eſſ̃trem nõ haberet:hic i theatro ſæpe numero dormitabat:cũ ergo cõqueraf ſe ſuſcitari de ſede.q.Marti.ſuſcitare aliter accipiat i ſecũda ſignificatione:reſpõdet non miror q; doleas te ſuſcitari in theatro:nam illic ſæpe dormitas.

Suſcitat:expgefacit te.Hic ſenſus magis placet ut dicat o Leuine tu dormis in tumultu theatri põpeiani:&cõqueris te ſuſcitari a ſolo Oco. q̃d uideꝰ ueriſimile:nam ſi tumultus nõ põt te ſuſcitare:longe minus ſolus Ocea. Cauillat aũt hoc uerbo:nã Leuinus itelligebat te ſuſcitari.i. excitari ex ſede:Mar.reſpõdet iocãs q̃ſi ſtellexit ſuſcitari hoc eſt expergefieri:

Quod non:In Marcum q mirabat ætate ſua nõ exiſtere pat amicos:q̃les Pillades & Oreſtes fuerũt:& hoc obiicie bat Mar. q; ſe.ſ. nõ amaret: oſtẽdit nõ ſua:ſed Mar.culpa fieri:cũ ipſe opibus ſruat:& nihil ei det:nam oportet oia amicoꝝ eẽ cõmania.Non ſit pi.& ort.i.q̃nõ ſit unũ pat amicorũ q̃les Pillades & Oreſtes. Peloris:genꝰ cõchilii nihil habẽs itra ſe ꝓter aquoſum quendã liquorem:Ho.Lucrina peloris.

GEO. Me paſcit aquoſa peloris:neſcio an hic hõ pelorida aut uideritaut cõederit:nã mihi nimis atrogãter uidet de genere & q̃litate peloridis differere:Aſt ego cũ græca ſit dictio q̃d græci ſcribãt in mediũ adducã Iulius polux enumerãs ꝓbata q̃dã a priſcis Edulia ſic ait: conchæ peloriæ:unde forſan & pelorides nũc appellatæ ſint Euſta.ãt i Diony.ſcri.hæc pelorida ἐ Sὶ̓ γ ἀρκάδα τοῦ πελαδιοῦ πεδίου ὀ ſ ὀὺ ε ιο ὸ ς χ ἡ ι ν ὸ ς μ ε γ ὲ λ ᾶ̃ τ ὲ ῥ ο ν ὰ ῖ ο κ ἀ ῖ π ὲ ἀ ῶ ρ ῖ σ ῳ ἀ ῖ ἀ μ ε γ έ ο ῦ ς λ ὲ γ ε ῖ τ ἀ ῖ q d̃ ῖ c ῖ terpretat. Eſt.n. ſecũdum antiquos peloris Oſtreæ ſpẽs chame maior unde & peloris ob magnitudinem dicit:nam πέλ ο ῳ ο ῖ magnum ſignificat.Eſt aũt chame concha:ariſtoteles uero eas in arenis naſci tradit: aquoſam uero dixit poeta peloridã placidam & nõ habẽtem callum illum ex quo ualde conchilia cõmendant.

GDO. Tyros cat.i.purpura. Gallia pin.i.pingue ſagum gallicũ:nam gallia ſaga mittebat groſſioris ulli Sagatus:indutus ſago. Hoc nõ ſit uer.ſed opibus cõmunicatis. A ma:cõmunicatis opibus. Vt tamen: ut te pro opibus communicatis profeq̃ar amore.

Iurat:Fabula emerat crines:& iurabat eos eẽ ſuos:Martia.ait eam nõ peierare:nam ſupra dixit:Nã quod emas poſſis dicere iure tuum.locus eſt in uerbo. Suos:Fabulla iurabat crines eẽ ſuos:ideſt natiuos crines Mar.inquit nõ peierare ſuos ipſe intelligens ab ea emptos

Quis te:Ardentiſſime amauit Iuliam Titi fratris filiam Domitia.cuius ſtatuam e lygdo marmore candidiſſimo iuſſit fieri:& ut ardorẽ amoris fateret:in manu ſtatuæ ſculpi ceſtun.i.baltheũ Veneris:nam ſuno apud Homeꝝ dum uultſouẽ cõciliare eũ percutit baltheo:& quoſcũq; pcuſſerit eos Venus uertit i amorẽ. Iuliæ igit amore icenſum Domi.ei iubet ineſſe baltheum quaſi iudicaret ſe eo eẽ percuſſum: epigramma Phidias eſt in hãc ſtatuam. O Iulia:filia Titi. Cæloinitrumẽto lapicidæ. Phidiaco:quale erat phidiæ q diis effingendis aptior q̃ hominibus & ex ebore potiſſimum claruit Mineruæ ſimulacro athenis:& ſtatua Iouis olympiaci:hũc appellauit atticũ ſenẽ Papi.Palladiæ art.nõ placet a palladio ſculptore:potius a Pallade dea artificii:nam ſolemus ſ̃ta:iora opa referre ad artificiũ Palladis:ita apud Papi.A te palladiæ talẽ germanice nobis Eſtin xete manus. Lygdus:marmor in tauro repertũ:auctore Ply.amplitudie q̃ laces & crateres nõ excederet:pri'tñ ex arabia aduehebat. Cádida.l.i.ſtatua ex lygdo.alibi:Totã nitere lygdon. Nõ ta.loq̃ti

Decor uiuus.i.naturalis pulchritudo. Mar.tua o Iulia. Nodo acid.baltheo uenereo. Nō aſiblanda. Rapuit:Iulia tñ ardoré hēt:& incuit hic baltheus:ut uideaſ mihi ſublatus collo cupidinis: hoc ſenſu utit in diſt. Collo:nectę puer meros amores ceſtō deæ Veneris ſinu colétę. Vt mar.ſi uenus uult cōciliare Martē

Iuno & Iuno Iouē utit iſto baltheo:quo tu iperatoré incēdiſti Iulia:nam apud Homę.in.xix.ilia. introducit Iuno & Iuno Iouē utit iſto baltheo:quo tu iperatoré incēdiſti Iulia:nam apud Homę.in.xix.ilia. introducit Iuno

petēs ceſton'a Venere quo uolebat uti ad cōciliandum ſouem ad quod alludens Martial.iam iquit Iuno nō a Venere nec Vennsa:aliunde q̄ a te Baltheum petat:quo uris Do.deum noſtrum.

Verſus ſcri. Laberius fuit ſcriptor mimorum is mortuus ē decimo menſe poſt necē Cæſaris: alter Labe.de quo Mart.hæc:is dicebat ſe poſſe ſcribere optimos uerſus:ſed nolle:hoc ait poeta nō eē ueriſimile. Nēo.n. ē q̄ cū poſſit ſcribeſ nolit oſtētare ſuā ſcribēdo doctrinā:nā tāta eſt gloriæ cupiditas:ut qui didicerit nullo pacto uelit latere. Diſertos:eruditos uerſus. Putabo ui.i. fortiſſimi ai ṗter cæteros qui poterit ſe cohibeſ aſcribendo:& qui pōt ſcribere uerſus:& nō ſcribat.q.d.nemo eſt adeo uir qui abſtinere poſſit: nec tu poſſes ſi ſcires ſcribere.

Dum phaetontea:laudat partē electri in quo erat incluſa formica ſupra idē eſt frequens argumentū. Electrū gutta & gumi ex populo. Fera tenuē.i.exilē formicam. Vmbra ph. ſub populis in q̄ uerſe ſunt ſorores Phœtontis. Cō tempta:quæ nullius precii erat. Manente uita dum uiueret.

Cinnā:Cinnā deridet:qui cū cinnamus uocaret:cinna mutilato noſe uolebat appellari:Si antea inquit fuiſſet dictus. Furius:eadem nominis mutilatione diceretis fur. Vis uocari cinna emulatione cinnæ priſci:qui magnam obtinuit auctoritatem apud romanos.

Sancta:priſcꝰ patrē Salo.nup mortui in hiſpania cōſolat:ait.n.Salo.nō eſſe plane mortuū:ſed uiuere ea parte q̄ ſemp optauit:hoc ē immortali uirtutis noīe & fama:alterius Salo. mētio ibuco.Vig.Quite.i.filius tuus

Non de ul:in poſthumū cauſidicū ieptū: qui nihil ad ꝓpoſita cām dicebat:& nup cōductus a Mar.ut defenderet cām triū capellaꝝ:ꝙs amiſeratꝭ furto:cœpit cānenſem pugnā & bellū aduerſum Mitridatē recitare. At Mar.clamat dic tandē o cauſidice de meis capellis. Vitillata. Has abeſſe:ſubtractas eē. Sonas cācladē cānenſem bellum mithridaticum geſtum'a luculo:Sylla & Pōpeio cōtra Mithridatē. Syllas:bellū geſtum inter Syllā & Mariū. Mutios.i.bellū Porſenæ:i quo Mutius ſæuola manum amiſit igni.

Mutua:In phœbum fœneratorem quemadmodum in Gaurum ſupra conqueſtus eſt:nam hic pollicitus eſt ſe daturum Martiali quam uel let pecuniam intelligens.ſin fœnus:Mar.nunc popoſcerat pecuniā ſine fœnore. Ille non dabat neq; audebat oīno negare:quid opus inquit eſt diutius crucieris:& habeas me ſolicitū: tandem nega. Exigis ergo nihil uerba phœbi hortātis Martialem ut aliquid peteret.

Perpetuam:Stella poeta amauit Violātillam quam longis ꝑcibus nunq̄ potuerat placare:cruciatuſq; eſt miſer longo amore:nūc celebrantur nuptię tandem.

Et placido fulget uiuus in ore decor.
Ludit acidalio:ſed non manus aſpera nodo.
Q uem rapuit collo parue cupido tuo.
Vt martis reuocetur amor:ſummiq; tonantis
A te iuno petat ceſton & ipſa uenus.

In Laberium ſcriptor.

Verſus ſcribere poſſe te diſertos
Affirmas laberi:quid ergo non uis?
Verſus ſcribere qui poteſt diſertos:
Non ſcribat laberi:uirum putabo.

De formica electro incluſa.

Dum phœtontea formica uagat in umbra:
Implicuit tenuem ſuccina gutta feram.
Sic modo quæ fuerat uita contępta manenti
Funeribus facta eſt nunc preciola ſuis.

In Cinnamum cinnam nomen deridet.

Cinnam cinname te iubes uocari.
Non eſt hic rogo cinna barbariſmus?
Tu ſi furius ante dictus eſſes.
Fur iſta ratione diceteris.

Ad Priſcum de Sallonino.

Sancta ſalonini terris requieſcit hiberis
Q ua melior ſtygias nō uidet umbra domos:
Sed lugere nefas:nam qui te priſce reliquit
Viuit:qua uoluit uiuere parte magis.

In Poſthumum cauſidicum.

Non de ui neq; cede:nec ueneno:
Sed lis eſt mihi de tribus capellis
Vicini queror has abeſſe furto.
Hoc iudex ſibi poſtulat probari:
Tu cānas mithridaticumq; bellum:
Et peruria punici furoris:
Et ſyllas:marioſq; mutioſq;
Magna uoce ſonas:manuq; tota
Iam dic poſthume de tribus capellis.

In Phœbum fenerat.

Mutua te centum ſeſtertia phœbe rogaui:
Cum mihi dixiſſes exigis ergo nihil.
Inquiris:dubitas:contaris:meq; diebus
Te quæ decē crucias:iam rogo phœbe nega.

De Hiantide & Stella.

Stellæ & uiolátillæ:poeta edit hoc epigráma uolẽs demõstrat̃ icredibilẽ ſtellæ amorẽ i uiolátillã:aitq; hoc cõ nubio nõ ſtellã eẽ deſlectẽdũq; iã diu cupit:ſed potius flectẽdã eẽ uiolátillã q̃ hactenꝰ dura fuerat & ſexoraBilis:carmẽ Papi.indicat de uiolátilla:Redeũt aio iã dona p̃ceſq;.Et lachrymæ uigileſq; uiri ppe lumia q̃ſtus p̃terea:láq;cop̃it fleſtet corda libẽs:Et iã ſibi dura uideri. Hiãt̃ uiuiolátilla latie græ:e dr̃hiãtis ab io S uio la & ἄιθος flos:hoc ẽ uiola:& flos uñ latine violant:Papi.uiolátillã appellauit:Quo ſtellæ uiolátillæq; pro feſſus cãtaret hyemẽ,eadã dicta Aſteris ficto noíe a ſtellã:nã ſtella ita iã appellauit a ſuo noíe ſtella.n.græce

Violantilla Hiantis ſtella Aſteros Aſteris After

dr̃ after genet̃ maſcu.ide ddu.ctũ fœ.Aſteris hoc ẽ aica aſteros.i.ſtellæ.Pas Aſteris ãte dapeſ noctẽ aſteris:aſteris ortu. Læta ue. & fauore ueneris celebratas nuptias fuiſſe ſcribit Pa.Pl̃ da. po.i. dedi q̃ mihi potiſſimũ erat & ita apd Pa. Grãde q.dẽ rarũq; uiris quos ip̃a,pbuit Pieri̇ uotũ iuuenis cupit. Domi.a uiolátilla.fed nequi ſiſultat amori ſtellæ cũ Yeṅ mõeat ne flinc̃t Violátillã: quã nullo pacto erat relict̃ꝰ. Nec pec.ali.i.ſliq aliã ſeq̃rit. Frugi:cõtinẽt̃ę lup.& Mars iter deos erãt adulteri:ut Iuue.A deo ſenuerunt Iuppi.& Mars. Loro.i.balteo quo ícutiebat amor q̃ bal theus:dr̃ẽt flagellũ:Ora.ad Venerẽ:Sublimi ſe rias cloẽ flagello. Duos.i.uiolátillã ẽt q̃ hactenꝰ fuit dura ut mutuo amore diligat ſtellam. Balthe flagellũ

Quod nub.Proculina adultęr habuerat:cui nũc nupſit metu legis Iuliæ:de qua ſatis ſupra.

Nõ nu.iquit poeta proculi:ſed fatet ſe eẽ mœchã.q.d.fruebat eodẽ uiro ante nuptias:in eũdẽ ſenſũ ſupra ẽ diſt. Mœchus erat: poteras tñ hoc tu paula negare:& cætera. Non nu.nõ accipis uirũ:quia antea habebas. Notare:punire. Fate ris te.f.cum hoc fuiſſe mœcham.

Nil:deridet Carifianũ:qui cũ ſynthęſim non haberet in ſaturnalibus:q̃ ueſte reliqui utebant̃ togã geſtabat. Togã ãt i ſaturnalib̃ deponebatur:& ſumebat̃ ſynthęſis:de qua in diſtichis: cũ toga p quinas gaudet reqeſcere luces:Hos pote ris culꝰ ſumere iure tuo:nũc geſtabat togã Carifianus:q̃ laſciuus eẽt: ſed quia nõ habebat ſynthęſim ,pterea deridet̃. Tu qui:Deum horto rum rogat:ut ſuos hortos cuſtodiat in ianiculo

Stare:Lebiã impudicã eã ſupra oſtẽdit cũ dixit:Arctoa de gẽte comã:hæc blãda quidẽ erat: ſed deformis:iccirco ait eius facię adueſari blãditiis & eius cupiditati. Cõtra teq̃ſti ſua deſormitate nõ ſinit tuas blãditias exaudiri.

Marcelline:Marcellinũ tyronẽ Dõitiani i germania monetnæ i medios enſes ruat:ſed diſpẽſato calore iuuenili ita pugnet ut pr̃i uiuat &ipatori opã p̃ſtet. Soboles ſin.i.uera,ples:q imitatis parentem aio &morib̃. Horrida ut.maior: uel ad feritatẽ ul̃ad mores gẽtis germãicæ:q̃ horrida ẽ. Iugo pa.hoc dixit:q̃m urſa parrhaſia fuit.i.arcas:ea fuit Caliſto. Iugo:regiõe ſeptẽtrionali. Cauta:puida uirtus. Ferũ Martẽ: pericu loſum & multos abſumentẽ:hic Marcelliṅ fuit hiſpanus:cui tãq ex eadem p̃ſia amãter cõſuluit Mar. Tu po.i.ſi prudenter pugnaueris poteris opitulari p̃iæ:& fortiter diu agere,p ꝑeratore

Periclitat:hoc argumẽtũ ex multi ſupioribꝰ notũ eſt:iocat̃ poeta i lingẽt̃ cunnũ. Periclitat̃ ca.i.in periculo capitis ẽ. Eſſe reum.i.trahi i iudicium. Lingit:iocus eſt:nam cunnilingi capite agũt:iccirco hic capite periclitat̃:& ita ſuſpenſum auditorem circũſcripſit.

Perpetuam ſtellæ dum iungit hiantida uati
Læta uenus:dixit plus dare non potui.
Hæc coram domina:ſed nequius illud in aurem
Tu ne quid pecces exitioſe uide.
Sæpe ego laſciuum martem furibunda cecidi:
Legitimos eſſet cum uagus ante toros.
Sed poſtquã læſus eſt nulla me pellice læſit:
Tam frugi iuno uellet habere iouem.
Dixit: & arcano percuſſit pectora loro:
Plaga iuuat:ſed tu iam dea cede duos.

In Proculinam.

Quod nubis proculina concubino:
Et mœchum modo nunc facis maritum:
Ne lex iulia te notare poſſit:
Non nubis proculina:ſed fateris.

De Carifiano.

Nil laſciuius eſt carifiano
Saturnalibus ambulat togatus.

Ad Priapum.

Tu qui pene uiros terres & falce cinædos
Iugera ſe poſiti pauca tuere loci.
Sic tua non intrens uetuli pomaria fures:
Sed puer aut longis pulchra puella comis.

In Lesbiam deformem.

Stare iubes noſtrum ſemper tibi leſbia penem:
Crede mihi non eſt mentula quod digitus.
Tu licet & manibus blandis & uocibus inſtes
Contra te facies imperioſa tua eſt.

Ad Marcellinum tyronem.

Marcelline boni ſobole ſincera parentis
Horrida parrhaſio quem tegit urſa iugo
Ille uetus pro te patriuſq; quid optet amicus
Accipe: & hæc memori pectore uota tene.
Cauta ſit ut uirtus:ne te temerarius ardor
In medios enſes ſæuaq; tela ferat:
Bella uelint martẽq; ferum rationis egentes.
Tu potes & patriæ miles & eſſe decus.

De Sotade.

Periclitatur capite ſotades noſter.
Reum putatis eſſe ſotadem:non eſt.
Arrigere deſit poſſe ſotades:lingit.

Bis uicine nepos: ut ego possum argumẽtum colligere hactenus caruerat liberis & captores certatim ei mittebat falernum & alia ei munera: ut scriberent hæredes: nũc fustulit filiam: & iam carens muneribus captat: abstinebat falerno olim misso: Martia eum cõsolat: hortaturq; ut det operam uoluptati: & bibat falernum satis enim futuę: Filia & pia & locuples erit: si cupiat habere falernum nusq; de futuro: nam si filia nũc cœpit potare nusquam: post aliquot annos idem erit optimũ uinum & falernum quis nõ mittant captatores: denique ait nõ solum hi qui carent liberis debẽt bibere falernum & dare operam uoluptati: sed & illi q habẽt filios possunt idem facere: ut tu.

Nepos: nomen, prium: ut Iuue. Molam uer sare nepotis. Bis uicine. i. in duobus locis mihi uicine. Ficelias: ficeliæ locus erat in urbe apud Pompeiũ est fregellæ: quĩ hoies urbis fregellæ eũ locum tenuerunt.

